PHERECRATIS ET EUPOLIDIS

FRAGMENTA.

COLLEGIT

ET

ADNOTATIONEM ADIECIT

MARTINUS RUNKELIUS.

LIPSIAE

LIBRARIA WEIDMANNIA

G. REIMER.

MDCCCXXIX.

PRAEFATIO.

Quum ante hos duo et quod excurrit annos Cratini fragmenta ederem, festinantius id quidem feci, quam par erat, remque totam nunc longe aliter administrarem, attamen me non poenitet operae in comico illo celebri positae, neque inimicae quorundam reprehensiones tantum apud me valuerunt, ut a proposito recederem. Hic igitur Pherecratis et Eupolidis fragmenta in unum collecta profero, quibus brevem adnotationem maximam partem criticam adieci, reliquis poetis comicis alio fortasse tempore operam navaturus. Neque enim prius de ipsius comoediae ingenio eiusque historia elaborate scribi posse credam, quam omnia comicorum fragmenta uno corpore comprehensa fuerint.

Praeterea gaudeo, maximas me agere posse gratias viris et ob doctrinam, et ob humanitatem pariter insignibus, Godofredo Hermanno, Augusto Meinekio, Guilielmo Dindorfio, qui vel adnotationes mecum communicare, vel aliis me adiumentis iuvare voluerunt.

Scripsi Lipsiae, mense Septbr. MDCCCXXIX.

PHERECRATIS
FRAGMENTA.

De Pherecratis vita et fabulis.

Pherecrates, Atheniensis, temporibus Platonis et Aristophanis fabulas docuit, ut ex ipsis fragmentis apparet, ut e fr. 125. cf. Suidas III. p. 124. et phrasin eius aliquam affert Aristophanes in Lysistrata, quae Ol. 92, 1. acta est, (fr. 180.) ita ut maxime ab Olymp. LXXXVIII —XCIII. dramata videatur scripsisse. Falsa igitur omnino est narratio Suidae, s. v. t. III. p. 592. (cf. Eudoc. p. 426. Vill.) eum in bellis cum Alexandro M. militasse, cf. Elmsleius ad Aristoph. Ach. 10. p. 114. et ad Euripid. Med. p. 68. Oxon., in quo fortasse Antiphanem dicere voluit, quem Alexandro adfuisse ex Athenaeo XIII. p. 555 A. patet. Plura de eius vita, et de tempore, quo singulas fabulas docuit, nobis non innotuerunt, cf. Clintonus fast. Hellen. p. XL.; sed eum inter celeberrimos veteris comoediae poetas numeratum fuisse docet locus Platonii π. διαφ. κωμ. p. 28 s. ideoque ab Alexandrinis in canonem receptus est, cf. Ruhnken. Hist. crit. orat. Gr. p. XCV. Bekkeri Anecd. t. III. p. 1461. not.

Suidas et ex eo Eudocia septemdecim ei fabulas tribuunt, Platonius duodeviginti numerat, multo plures tamen pro more suo collegit Meursius ad Nicomachum p. 171 s. Bibl. Att. l. X. c. 1576 ss. et post eum Fabricius Bibl. Gr. II, 22. t. II. p. 473 ss. Harl. optime de hac re disseruit Meinekius Misc. Comm. P. I. p. 1 —

20. et quaest. scen. P. II. p. 31 ss., qui tredecim ab eo scriptas fuisse demonstrare studuit, quae eius opinio si vera est, tamen quatuordecim eum probasse certus sum, nam fabulam *ἰπνὸς ἢ παννυχίς* omisit, quam ipse inter genuinas recepit. Tamen septemdecim dramata recensui, nam quum de quatuor fabulis incertum sit, a quonam scriptae sint, de quo veteres iam dubitarunt grammatici, mihi quidem ideo recipienda videntur eorum fragmenta, quia nobis hanc litem dirimere non licet. Ita duodeviginti comoediae exsisterent, nisi *Λάμια* certissime ex earum numero eiicienda esset; in loco Scholiastae Aristophanis Eccl. 77. pro Pherecrate Cratetem comicum reponendum esse verissime coniecit Meinekius Quae. sc. II. p. 38., quae fabula ab Athenaeo X. p. 418. C. aliisque laudatur. Sunt igitur septemdecim fabulae illae: *ἀγαθοί*, *ἄγριοι* (acti Ol. LXXXIX, 4.), *αὐτόμολοι* (acti circa Ol. XCI.), *γρᾶες*, *δουλοδιδάσκαλος*, *ἐπιλήσμων ἢ Θάλαττα*, *ἰπνὸς ἢ Παννυχίς*, *Κοριαννώ*, *κραπάταλοι*, *λῆροι*, *μεταλλεῖς*, *μυρμηκάνθρωποι*, *Πέρσαι*, *Πετάλη*, *τυραννίς*, *Ψευδηρακλῆς*, *Χείρων*. Praeterea a Fabricio afferuntur *ἀγγεῖα* (sed sunt *ἄγριοι*. fr. 6.), *γραφεῖς* (*γρᾶες*. fr. 29.), *ἐπιστολή* (*ἐπιλήσμων*. fr. 51.), *ἱστός* (*ἰπνός*. fr. 60.) *ῥητορική*, e locis male intellectis Etymologi M. c. 310. et 312. *Τριπτόλεμος* e lectione corrupta editionis Athenaei Aldinae principis II. p. 67 B., ubi Sophoclis est fabula, quem errorem nuperrime a Grauerto in Museo Rhenano philol. II, 4. p. 509. repetitum miror. *Μέτοικοι*, ab Apollonio *π. ἀντων.* p. 404 B. Pherecrati tributi, ab eodem p. 348 C. Platonis dicuntur comici, cui adscribuntur a Polluce quoque X, 24. sed nescio an omnibus his locis reponendus sit Crates, cuius fabula hoc titulo insignita ab Etym. M. c. 698, 10. citatur. Incertus est Meinekius Quae. sce. I. p. 28. II. p. 34. Confunditur cum Cratete grammatico in Scholiasta Aristophanis Ran. 323., ut Meinekius Q. sc. II. p. 38. vidit, et cum Pherecyde in Erotiano p. 98. cf. fr. 53., nam quod

in Etym. M. c. 202, 56. pro eodem Pherecraten αὐτόχϑοσι reposuit Sylburgius, id quamquam ab Heynio et Sturzio probatum, falsum veramque esse lectionem vulgatam iam in Seebodii Archiv für Philol. t. II. P. I. p. 120. ostendi.

Fragmenta quae supersunt satis docent, Pherecraten fuisse poetam maxime elegantem et ingeniosum, quare ἀττικώτατος dicitur Athenaeo VI. p. 268 E. Phrynicho ap. Steph. Byz. p. 43 C., Suidae t. I. p. 70. Minus enim acerbe atque acriter temporum suorum viros nobilissimos lacessivit, quod diserto testimonio Platonii p. 29. probatur, qui dicit: Φερεκράτης Ἀϑηναῖος νικᾷ ἐπὶ ϑεάτρου γενόμενος ὁ δὲ ὑποκριτής. Ἐζήλωκε Κράτητα, καὶ αὖ τοῦ μὲν λοιδορεῖν ἀπέστη, πράγματα δὲ εἰσηγούμενος καινὰ ηὐδοκίμει, γενόμενος εὑρετικὸς μύϑων. In prioribus pro ὁ δὲ legendum credam ὡς, ita ut ipse fabulas suas docuerit, quod Meinekius Q. sc. II. p. 32. opinatur, et ante eum iam Hertelius Sent. com. p. 340. animadvertisse videtur. Ita autem ut Crates (cf. Meinekius Q. sc. I. p. 26 s.) novas invenit fabellas, quales ἀγρίους, κραπατάλους et μυρμηκανϑρώπους habuisse coniecerim, et rarius homines ipsos nominatim irrisit, cuius pauca tantum supersunt exempla, cf. fr. 6. et 155. Metrum quoque novum invenit, ut ipse in Κοριαννοῖ ait fr. 68. quod est choriambicum. — — | — ᴗ ᴗ — | ⏓. cf. Hermann. E. D. M. II, 36. p. 434.

Α Γ Α Θ Ο Ι.

Ex Athenaei locis tribus statim laudandis apparet, hanc fabulam ab aliis Strattidi comico tributam fuisse, et a Suida v. *Στράττις* et Eudocia p. 385. inter eius comoedias memorantur *ἀγαθοὶ ἤτοι ἀργυρίου ἀφανισμός*. Ibi *ἤ* legit Casaubonus ad Athen. VII. p. 327 E. sed *ἤτοι* deleri vult Meinekius Q. sc. II. p. 65., ita ut duae fuerint fabulae, quarum alteram nonnulli Strattidi adscripserint. cf. idem II. p. 32 s. Quum nihil de ea re certius statui possit, ipse *ἀγαθούς* recepi.

1 I.

Athenaeus X. p. 415 C. ubi de Lityersa homine *ἀδηφάγῳ* loquitur: *τοιοῦτος ἐστὶ καὶ ὁ παρὰ Φερεκράτει ἢ Στράττιδι ἐν Ἀγαθοῖς, περὶ οὗ φησὶν*

Ἐγὼ κατεσθίω μόλις τῆς ἡμέρας
Πένθ᾽ ἡμιμέδιμν᾽ ἐὰν βιάζωμαι. B. *μόλις;*
Ὡς ὀλιγόσιτος ἦσθ᾽ ἄρ᾽, ὃς κατεσθίεις
Τῆς ἡμέρας μακρᾶς τριήρους σιτία.

V. 3. et 4. idem affert VI. p. 248 C. ob vocem *ὀλιγόσιτος*. Inde apparet, toti triremi cibaria duorum medimnorum et dimidiati sive duodecim modiorum et dimidiati data fuisse. cf. Boeckh. Oecon. Athen. I. p. 309.

2 II.

Athenaeus XV. p. 685 B. ubi de corollis dixit: *Κᾂν τοῖς ἐπιγραφομένοις δὲ Ἀγαθοῖς Φερεκράτης ἢ Στράττις φησὶ*

Λουσάμενοι δὲ πρὸ λαμπρᾶς
Ἡμέρας ἐν τοῖς στεφανώμασιν, οἱ δ᾽ ἐν τῷ μύρῳ
Λαλεῖτε περὶ σισυμβρίων
Κοσμοσανδάλων τε.

Ita versus digessit Dindorfius post Meinekium Q. sc. II. p. 32. 1. *λαμπρὰς* Cas. quod Schweigh. emendavit. 3. vulgo *λαλεῖται*, quod Dobreeus ad Aristoph. Eccles. 6. correxit (vel *λαλεῖτ᾽ ἀεί*), qui tamen de metro nihil se expedire ait.

III. 3

Pollux VII, 33. s. 198: *ἰσχαδοπῶλαι Φερεκράτης ἐν τοῖς Ἀγαθοῖς καὶ ἰσχαδωνῶν ἔφη.*

IV. 4

Pollux X, 11. s. 47: *δίφροι διωχεῖς, οἱονεὶ οἱ δύο ὀχοῦντες.* cf. idem VII, 26. s. 116. Hesych. v. *διωχός* I. c. 1014. Etymol. M. v. *διωχής* c. 280, 52. est sella currus, in qua duo sedere possunt. Vulgatam *διοχεῖς* recte emendarunt interpretes.

Α Γ Ρ Ι Ο Ι.

Princeps de hac fabula locus est Platonis in Protagora p. 327. C. D. H. St. *Οὕτως οἷον καὶ νῦν, ὅστις σοι ἀδικώτατος φαίνεται τῶν ἐν νόμοις καὶ ἀνθρώποις τεθραμμένων, δίκαιον αὐτὸν εἶναι καὶ δημιουργὸν τούτου τοῦ πράγματος, εἰ δέον αὐτὸν κρίνεσθαι πρὸς ἀνθρώπους, οἷς μήτε παιδεία ἐστὶ μήτε δικαστήρια μήτε νόμοι, μηδὲ ἀνάγκη μηδεμία διὰ παντὸς ἀναγκάζουσα ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, ἀλλ' εἶεν ἄγριοί τινες, ὥσπερ οὓς πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ. ἦ σφόδρα ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις γενόμενος, ὥσπερ οἱ ἐν ἐκείνῳ τῷ χορῷ μισάνθρωποι, ἀγαπήσαις ἂν εἰ ἐντύχοις Εὐρυβάτῳ καὶ Φρυνώνδᾳ.* Huc respicit Themistius Orat. 26. p. 323 C., ubi Prometheum a multis laudari ait, quod homines finxerit sociabiles, *αὐτοὺς δὲ ἰλιγγιᾶν πρὸς τὸ πλῆθος καθάπερ τοὺς Ἀγρίους, οὓς ἐδίδαξε Φερεκράτης.* E loco Platonis primum aperte apparet, fabulam archonte Aristione Olymp. LXXXIX, 4. actam fuisse, quod perspexit Athenaeus V. p. 218 D. cf. Clinton. fasti Hellen. p. 73., praeterea in ea inductum chorum *ἀγρίων*, hominum solitariorum et societati inimicorum. Fragmenta autem quaedam etiam ostendunt, statum musicae artis et poetarum huius temporis perstrictum fuisse; quod quum animadverteret Heinrichius, et praeterea e *Χείρωνι* fragmentum elegantissimum de corruptelis musicae laudatum inveniret, in dissertatione de musica Gr. ad calcem Epimenidis (Lips. 1801.) p. 194 s. et postea in demonstratione loci corrupti in Platonis Protagora (Kil. 1813.) sententiam protulit hanc, has fabulas unam fuisse, insignitam titulo *Χείρων*

ἢ Ἄγριοι. Chiron enim Centaurus *μουσικώτατος* ut propugnator musicae veteris, *ἄγριοι* autem, Centauri *ἡμιάνθρωποι* (non *μισάνθρωποι*, Iacobsius ad Antholog. Palat. t. III. p. 800. *μιξάνθρωποι*) chorum constituentes inducti erant in scenam. Ad haec fragmenta quatuor e *Χείρωνι*, ab Athenaeo allata, (fr. 138—141.) non e comoedia quadam, sed e poemate didactico, *ὑποθήκαις* fortasse quibusdam, desumpta esse coniecit, cum ea Nicomacho [a] ab aliis tribui diceret Athenaeus; et Pollucem IV, 124. personas comicas *Δίκην* et *Κένταυρον* ex hac fabula deprompsisse. Haec omnia quam parum idoneis argumentis firmata sint, Meinekius in fasciculo primo commentationum miscellanearum (Hal. 1822.) p. 2—7. doctissime et certissime ostendit. Facile enim fieri potuit, ut Pherecrates in pluribus fabulis eandem rem tetigerit, quum praesertim notum sit, veteres comicos saepissime de musica nova et corruptiore locutos esse; nunquam autem coniuncto laudantur titulo, quum tamen plurima fragmenta allata sint. Tum in fragmentis ab Athenaeo servatis color comoediae veteris omnino facile agnoscendus est, neque dubitationem movet, quod unum ex iis (fr. 138.) versibus conscriptum est epicis, saepius enim iis usi sunt poetae comici, maxime in parodiis epicorum, ut Cratinus *Ὀδυσσεῦσιν*. Ideo *Ἀγρίους* et postea

---

a Nicomachum comicum veteris (sic Clintonus fast. Hellen. p. XLI.), vel mediae comoediae quum dixisset Meinekius Comm. misc. I. p. 7 s., postea in Quaest. scen. II. p. 33. novae eum adscribi maluit. Mirum est igitur, hanc Pherecratis fabulam, ut et *Μεταλλεῖς*, ab Eratosthene tali fuisse tributam poetae, praesertim quum omnia, quae ex illis supersunt, veteris comoediae prae se ferant ingenium. Hanc ob caussam eas in censum Pherecratearum recipere non dubitavi, quum nobis iudicium veterum Alexandrinorum omnino iudicare non liceat.

Χείρωνα recensui, quum eas diversas fuisse fabulas omnino non dubitem.

5 I.

Scholiasta Aristophanis Av. 859. Suidas v. *Χαῖρις* III. p. 661. *Φερεκράτης Ἀγρίοις*

Φέρ' ἴδω, κιθαρῳδὸς τίς κάκιστος ἐγένετο;
B. *Ὁ Πεισιου Μέλης.* A. *Μετὰ δὲ Μέλητα τίς;*
B. *Ἔχ' ἀτρέμ', ἐγᾦδα, Χαῖρίς ἐστι.*

Vulgo in Suida *πείσουμελης. μ. μέλιτος ἦν ἔχ' ἀτρέμας*, apud Scholiastam *Πεισίου Μ. μετὰ Μ. ἦν ἔχ' ἀτρέμας.* Toupius Emm. in Suid. P. III. p. 352. *Μέλης ὁ Π. μετὰ Μ. δὲ τίς ἦν; Ἔχ' ἀτρέμας.* sed optime emendarunt Porsonus Append. in Toup. P. IV. p. 481. Meinekius Cur. Crit. p. 40. et Comm. misc. I. p. 16. et Heinrichius Demonstr. loci corr. in Plat. Protag. p. 15 s.

6 II.

Scholiasta Aristophanis Vesp. 1500. (1509.) *Εἷς σμικρὸν τὸν Φιλοκλέα καὶ τὸ φαλάγγιον. δῆλον δὲ ἐκ τῶν Φερεκράτους Ἀγρίων.* (vulgatam *ἀγγείων* Florens Christianus emendavit). *Καὶ Καρκίνος μὲν τις ἦν ὁ Θωρυκίου υἱός.* (cf. Meinekius Comm. misc. I. p. 24.) *ἦσαν δὲ αὐτῷ τρεῖς τινες μικροὶ κομῆται τότε καὶ νῦν εἰσί [μικροὶ κομῆται]. φίλαρχοι τότε παῖδες ἦσαν ὄντες νῦν φιλαρχικώτεροι. μὰ τὸν Δί' οὐ τρεῖς τε ἐκεῖνοι εἰσὶν οἱ τέτταρες.*

Sic haec leguntur in editione Scholiorum Aldina, neque variam lectionem in codice Veneto inveniri monuit me doctissimus Dindorfius. Quae uncinis inclusi, aperte sunt eiicienda; metrum erat tetrametrum, ut apparet e verbis:

Τρεῖς τινὲς μικροὶ κομῆται τότε —
— τότε παῖδες ἦσαν ὄντες νῦν φιλαρχικώτεροι.

sed ea restitui non posse bene vidit Meinekius Comm. misc. I. p. 16. sine auxilio codicum.

7 III.

Athenaeus IV. p. 171 D. *μνημονεύει αὐτῶν* (scilicet

τῶν προτενθῶν, qui iidem sunt cum *προγεύσταις*) *καὶ Φερεκράτης ἐν Ἀγρίοις*

Μὴ θαυμάσῃς,
Τῶν γὰρ προτενθῶν ἐσμέν· ἀλλ' οὐκ οἶσθα σύ.

Vulgo *οἶδα*, quod e codice uno correxit Dindorfius.

IV. 8

Athenaeus VI. p. 263 B. *Φερεκράτης μὲν γὰρ ἐν Ἀγρίοις φησὶν*

Οὐ γὰρ ἦν τότ' οὔτε Μάνης οὔτε Σηκὶς οὐδενὶ
Δοῦλος, ἀλλ' αὐτὰς ἔδει μοχθεῖν ἅπαντ' ἐν οἰκίᾳ.
Εἶτα πρὸς τούτοισιν ἤλουν ὄρθριαι τὰ σιτία,
Ὥστε τὴν κώμην ὑπηχεῖν θιγγανουσῶν τὰς μύλας.

1. Vulgo *Σάκης*. Codices vel *σηκὶς* vel *σήκις* praebent, nomen servae. cf. Aristoph. Vesp. 768. 2. vulgo *ἅπαντα τὰν τῇ οἰκίᾳ*, correxit Canterus Nov. Lect. IV, 5. 3. vulgo *εἷλον*. Casaubonus *ἤλων*, melius *ἤλουν* Piersonus ad Moerin p. 81. et Porsonus Advv. p. 89.; de mulieribus loquitur poeta.

V. 9

Athenaeus VII. p. 316 E. F. ubi de polypo loquitur: *λέγουσι δὲ καὶ ὡς, ἂν ἀπορήσῃ τροφῆς, αὐτὸν κατεσθίει. ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ κωμῳδιοποιὸς Φερεκράτης. οὗτος γὰρ ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις φησὶν Ἀγρίοις*

Ἐνθρύσκοισιν καὶ βρακάνοις
Καὶ στραβήλοις ζῆν· ὁπόταν δ'
Ἤδη πεινῶσι σφόδρα,
Ὡσπερεὶ τοὺς πουλύποδας
— — — νύκτωρ περιτρώ-
Γειν αὑτῶν τοὺς δακτύλους.

Sic haec digessit Dindorfius post Dobreeum ad Aristoph. Nub. 518. (et in Addendis ad h. v.) 1. vulgo *ἐνθρύσκουσι*, sed sic duo Mssti. *ἀνθρύσκοισι* Dobreeus; alteram lectionem praeter Dindorfium Erfurdtius in Horreo Regiomontano p. 443. et Hermannus E. D. M. III, 4. p. 579. probarunt. Cf. ad Cratinum p. 30 s. 4. vulgatam *πολύποδας* Schweighäuserus correxit. 5. Lacunam indi-

cavit Dobreeus. Metrum Eupolideum agnoverunt Erfurdtius et Hermannus. Prior emendavit: — — *ἐνθρύσκοις κ. β.* | *Καὶ σ. ζ:* — *σφόδρα,* | *Ὡσπερεὶ τ. πουλ.* — — — | — — *ν. π. αὐτῶν τ. δ.* Hermannus: — — *ἐνθρύσκοις κ. β.* | *Καὶ* — *σφόδρα,* | *Πουλύποδας ν. π. αὐτῶν τ. δ.* Videtur autem sermo esse de *ἀγρίοις*, qui cibis vescuntur agrestibus, et conchis, (*στραβήλους* enim genus concharum esse docuit Athenaeus III. p. 86 C. F.).

10 VI.

Scholiasta Aristophanis Av. 1296. *Φαίνονται τὸν Λυκοῦργον Αἰγύπτιον εἶναι νομίζοντες ἢ τὸ γένος ἢ τοὺς τρόπους. Φερεκράτης Ἀγρίοις*

Οἶμαι δ' αὐτὸν κινδυνεύειν εἰς τὴν Αἰγύπτου —
Λέξεις οἴκους, ἵνα μὴ ξυνέχῃ τοῖσι Λυκούργου πατριώταις.

Sic Aldina; Küsterus *Αἴγυπτον φέροντα οἰκείας λέξεις* sine ullo sensu edidit, unde Meinekius Comm. misc. I. p. 17. *Αἴγυπτον, ἐροῦντα Καινὰς λέξεις, ἵνα μὴ συνθῇ* suspicabatur.

11 VII.

Scholiasta Aristophanis Equit. 759., ubi de delphino instrumento nautico loquitur: *δηλοῦται δὲ ὑπὸ Φερεκράτους ἐν τοῖς Ἀγρίοις* (vulgo male *ἀγροῖς*), *ὅταν λέγῃ*

Ὁ δὲ δὴ δελφίς ἐστι μολυβδοῦς δελφινοφόρος τε κεροῦχος,
Ὃς διακόψει τοὔδαφος αὐτῶν ἐμπίπτων καὶ καταδύων.

Vulgo *κέρδος διακόψει*, unde Meinekius Comm. misc. I. p. 17. *Κεραία. Διακόψει γοῦν* coniecit. Verum vidit Salmasius Exerc. Plin. p. 402. cf. Porsoni Advv. p. 296. Lege Scholiastam Thucydidis VII, 41. et Thomam Mag. p. 204. cum interpretibus.

12 VIII.

Suidas v. *ἄπια* I, p. 265. Scholiasta Aristophanis

Eccles. 385. *ἄπια, εἶδος ὀπώρας. Ἀπίους εἴρηκε καὶ ἐν Ἀγρίοις Φερεκράτης*

Πρὶν ἀνακυκῆσαι τοὺς ἀπίους ἁρπάζετε.

Scholiasta *ἁρπαζέτω.* „Pira rapitis, priusquam aqua probe laventur." Toupius Append. in Theocr. 7. p. 15 s.

IX. 13

Pollux II, 4, 48. sine fabulae nomine, *Συναγωγὴ λ. χρ.* p. 433.:

Οὐδ' ἀποπροσωπίζεσθε κυάμοις; πώμαλα.

ἀποπροσωπίζεσθαι τὸ καθαίρειν τὸ πρόσωπον εἴρηκε Φερεκράτης ἐν Ἀγρίοις.

Vulgo *ἀποπροσωπίζεσθαι*, emendatum a Porsono Advv. p. 39. et Meinekio Comm. misc. I. p. 16. *πώμαλα*, minime, cf. ad Gregorium Corinth. p. 141 ss.

X. 14

Pollux VII, 33, 193. *Φερεκράτης εἴρηκεν ἐν Ἀγρίοις*

Βύρσας γλευκαγωγούς.

Coria *γλεῦκος*, i. e. mustum tenentia.

XI. 15

Pollux X, 31, 150. *Φερεκράτης ἐν Ἀγρίοις*

Ἦ μὴν σὺ σαυτὸν μακαριεῖς, — ὥταν
Αὐτόν σε κατορύττωσιν. B. *Οὐ δῆτ', ἀλλ' ἐγὼ*
Τούτους πρότερον, οὗτοι δὲ μακαριοῦσ' ἐμέ.
A. *Καίτοι πόθεν ληνοὺς τοσαύτας λήψομαι;*

1. *ὦταν* inseruit Bentleius epist. sec. ad Hemsterhus. p. 106 s. 2. vulgo *αὐτοί*, Ms. *οὗτοι*, emendavit Bentleius. Totum fragmentum sensum habere dubium fateor, neque enim cum Bentleio credam, de sepultura hic loqui poetam.

ΑΥΤΟΜΟΛΟΙ.

Fragmentum, quod ideo primo loco posui, satis demonstrat, fabulam non ante Olymp. XC, 4. scribi potuisse, nam quum foedus inter Athenienses et Argivos, quod Olymp. LXXXIX, 4. ictum fuerat, Thucyd. V, 47. ab Argivis, ut cum Lacedaemoniis societatem inirent, Ol. XC, 3. ruptum fuerit, cf. Thucyd. V, 77., omnino post illud tempus acta sit comoedia necesse est, id quod bene animadvertit Meinekius Q. sc. II. p. 34. In eadem deos loquentes introductos, et de musices corruptela quaedam dicta fuisse ex aliis patet fragmentis, ut de argumento nihil certi inveniri queat.

16 I.

Scholiasta Aristophanis Pac. 476. de Argivis:

Οὗτοι γὰρ ἡμῖν οἱ κακῶς ἀπολούμενοι
Ἐπαμφοτερίζουσ' ἐμποδὼν καθήμενοι.

17 II.

Suidas v. *καρκίνος* t. II. p. 245. Photius v. ead. t. I. p. 132. sine nomine fabulae, Harpocratio v. ead. p. 96., et partim Pollux VII, 32 s. 150.: *ὅταν ὁ σῖτος ῥιζωθῇ κατὰ τῆς γῆς, κεκαρκινῶσθαι φησί· Φερεκράτης ἐν Αὐτομόλοις·*

Ὁπόταν σχολάζῃς νῖψον, ἵνα τὰ λήϊα
Συγκαρκινωθῇ.

Vulgatam *νῆψον* apud Photium emendavit Porsonus; sic iam Valesius ad Harpocrationem.

18 III.

Συναγωγὴ λέξεων χρησίμων v. *ἀτραπ.* p. 460.

ἀτραπίζειν, βαδίζειν ἢ ὁδοποιεῖν, οὕτω Φερεκράτης Αὐτομόλοις·

Ἀτραπίζοντες τὰς ἁρμονίας διὰ πασῶν.

IV. 19

Scholiasta Aristophanis Pac. 420. Suidas v. *ἀκαλήφη* t. I. p. 77. *Συναγωγὴ λέξ. χρησ.* v. ead. p. 370. et partim Athenaeus III. p. 90 A. ob vocem *ἀκαλῆφαι*:

Νὴ τὴν Δήμητρ', ἀνιαρὸν ἄρ' ἦν τὸ κακῶς ᾄδοντος ἀκούειν·
Βουλοίμην γὰρ κἂν ἀκαλήφαις τὸν ἴσον χρόνον ἐστεφανῶσθαι.

1. *ἄρ'* inseruit Dindorfius ad Athen. l. l. *γ'* in Suida Küsteri, lege Dobreeum Add. ad Aristoph. Av. 514. De *ἀκαλήφαις* cf. ad Alciphr. I, 4. p. 22. Wagn.

V. 20

Athenaeus III. p. 119 D. *ὑποκοριστικῶς δ' εἴρηκεν* (scilicet *ταρίχιον*) — *Φερεκράτης ἐν Αὐτομόλοις·*

Ἡ γυνὴ δ' ἡμῶν ἑκάστῳ λέκιθον ἕψουσ' ἢ φακῆν
Ἀναμένει καὶ σμικρὸν ὀπτῶσ' ὀρφανὸν ταρίχιον.

1. Legebatur *ἑψούσῃ*, quod e coniectura Iacobsii Add. in Athen. p. 83. emendavit Dindorfius.

VI. 21

Athenaeus IX. p. 385 E. *ὀψάριον δὲ τῶν μὲν ζώντων ἡμεῖς λέγομεν, ἀτὰρ* — *ἐπὶ τοῦ ἰχθύος* — *Φερεκράτης Αὐτομόλοις·*

Τοὐψάριον τουτὶ παρέθηκέ τις ἡμῖν.

VII. 22

Athenaeus IX. p. 396 C. ubi de *χοίροις γαλαθηνοῖς* loquitur: *Φερεκράτης ἐν Αὐτομόλοις·*

Οὐ γαλαθηνὸν ἄρ' ὗν θύειν μέλλεις;

VIII. 23

Athenaeus XIV. p. 648 C. *Τῶν καλουμένων μελικηρίδων* (placentarum) *μνημονεύει Φερεκράτης ἐν Αὐτομόλοις οὕτως·*

Ὥσπερ τῶν αἰγιδίων ὄζειν ἐκ τοῦ στόματος μελικήρας.

Ante Schweigh. μελικῆρας legebatur. „Praecessisse videtur genitivus personae.“ Dobreeus ad Aristoph. Plut. 1021. Ἐκ τοῦ στ. τῶν αἰγ. ὄζ. ὦ. μελικήρας Elmsleius ad Aristoph. Acharn. 193. coniecit.

24 IX.

Photius v. στραγγαλίδες II. p. 541. Suidas v. ead. III. p. 380. Zonaras v. ead. II. c. 1674.: Στραγγαλίδες, τὰ δύσλυτα ἅμματα· Φερεκράτης Αὐτομόλοις·

Ὑμεῖς γὰρ ἀεὶ στραγγαλίδας ἐσφίγγετε.

25 X.

Clemens Alexandrinus VII. p. 846 s. Dii de sacrorum sibi oblatorum tenuitate conqueruntur in αὐτομόλοις.

Ὅτε τοῖσι θεοῖς θύετε, πρώτιστ' ἀποκρίνετε — —
Τὸ νομιζόμενον — ἡμῖν· — αἰσχύνη τὸ κατειπεῖν
Οὐ τὼ μηρὼ περιλάψαντες — — — —
Καὶ τὴν ὀσφὺν κομιδῇ ψιλὴν, λοιπὸν τὸν σπόνδυλον αὐτόν,
Ὥσπερ ῥινήσαντες ἐνέμεθ', ὥσπερ καὶ τοῖς κυσὶν, ἡμῖν;
Εἶτ' ἀλλήλους αἰσχυνόμενοι οὐ λήμασι κρύπτετε πολλοῖς.

Sic corrupte legitur fragmentum, neque variat Ms. Parisiensis; in v. 6. εἰλήμασι coniecit I. H. Vossius epist. mythol. t. II. p. 318. Maximopere autem gaudeo, me hic afferre posse, quae summus Hermannus de his versibus mecum communicavit: „Pherecratis versus apud Clementem quum aliis vitiis, tum verborum quorundam omissionibus corrupti sunt. Videntur sic fere scripti fuisse:

Ὅτε τοῖσι θεοῖς θύετε, πρώτιστ' ἀποκρίνετε [τοῖς ἱερεῦσιν]
Τὸ νομιζόμενον [πρώτοις] ὑμῶν· [εἶτ'] (αἰσχύνη τὸ κατειπεῖν)
Οὐ τὼ μηρὼ περιλάψαντες μέχρι βουβώνων — —
Καὶ τὴν ὀσφὺν κομιδῇ ψιλήν, λοιπὸν τὸν σπόνδυλον αὐτὸν

Ὥσπερ ῥινήσαντες προςνέμεθ', ὥσπερ καὶ τοῖς κυσίν, ἡμῖν;
Εἶτ' ἀλλήλους αἰσχυνόμενοι συλήμασι κρύπτετε πολλοῖς.

Ad v. 1. et 2. confer Scholiastam Aristophanis ad Plut. 1186. et Vesp. 693. Vocabantur *τὰ νομιζόμενα ἱερώσυνα:* v. Etym. M. p. 468, 41.“

XI. 26

Suidas t. I. p. 34. *Συναγωγὴ λ. χρ.* p. 330.

Πίνειν ἀεὶ καὶ μεθύειν πρὶν ἀγορὰν πεπληθέναι.

Ante tempus, quo forum plenum erat hominum, i. e. primo mane. Hanc bibacitatem Tarentinis propriam fuisse narrat Aelianus Var. histor. XII, 30. de locutione *πληθούσης ἀγορᾶς* cf. Wesselingius ad Diodor. Sic. XIII, 48.

XII. 27

Photius s. v. II. p. 401. Suidas v. ead. III. p. 58.: *πασσυδί, παντελῶς· ἔστι καὶ ἐν Αὐτομόλοις Φερεκράτους.* Suidas habet *πασσυδεί.* cf. Blomfield. Glossar. in Aeschyli Prometh. 216.

Γ Ρ Α Ε Σ.

Ex paucis quae supersunt fragmentis nihil de argumento fabulae decerni potest.

28 I.

Athenaeus VI. p. 246 F. de parasitis, *ἐπισίτιοι* dictis: *Φερεκράτης Γραυσί*

Σὺ δ' οὐδὲ θᾶττον Σμικυθίων ἐπισιτιεῖ;
B. *Τίς δ' οὗτος ὑμῖν ἔστι;* A. *Τοῦτον πανταχοῦ*
Ἄγω λαρυγγικόν τιν' ἐπὶ μισθῷ ξένον.

Ἐπισίτιοι γὰρ καλοῦνται οἱ ἐπὶ τροφαῖς ὑπουργοῦντες.

1. *θᾶσσον* emendavit Schweigh. *Σμικυθίων* nomen parasiti et servi. cf. Valckenaer. ad Herodot. VII, 170. Schaefer. Ind. Gr. in Gregor. Cor. p. 1006 b. 2. *δ'* inseruit Dindorfius e tribus MSS. qui *ἔστι* quoque pro vulgata *ἔτι* dedit. 3. vulgo *λαρυγγίτην*, duo MSS. *λαρυγγικὸν τὴν*, unde optime emendavit Porson. Advv. p. 83. aliter Iacobs. Add. p. 152.

29 II.

Athenaeus IX. p. 395 B. *Φερεκράτης ἐν Γραυσί φησιν*

Ἀπόπεμψον ἀγγέλλοντα τὸν περιστερόν.

Vulgo *ἐν γραφεῦσιν*, sed sequor emendationem Meinekii Comm. miscell. I. p. 18. et Quaest. scen. II. p. 35. Huc respicit Photius II. p. 422. *Περιστερόν: ἀρσενικῶς· Φερεκράτης.* cf. Lucianus Pseudosophist. 7. t. IX. pag. 226 s. Bip.

30 III.

Συναγωγὴ λέξ. χρησ. v. *ἄγρα* p. 326.: *Ἄγρα· χωρίον ἔξω τῆς πόλεως Ἀθηνῶν, οὗ τὰ μικρὰ τῆς Δή-*

μητρος ἄγεται μυστήρια· λέγεται τὰ ἐν Ἄγρας. Φερεκράτης Γραυσί·

Εὐθὺς γὰρ ὡς ἐβαδίζομεν
Ἐν Ἄγρας.

ἐκαθίζομεν ἐξ MS. quod Bekkerus et Bachmannus mutaverunt; ἐν pro ἐξ iam Ruhnkenius ad Timaeum p. 223. emendaverat. Locus apud Ilissum situs erat, cf. Plato Phaedr. p. 229 C. HSt. et editionem Londinensem Thesauri Stephaniani t. I. c. 713—717.

IV. 31

Suidas v. Ἀθηναίας t. I. p. 70. Eustathius ad Homeri Odyss. p. 1456, 52.:

Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς ξυμμάχοις.

Phrynichus sophista apud Stephanum Byzant. p. 43 C. miratur, Pherecratem ἀθηναίας non ἀττικάς dixisse mulieres.

V. 32

Suidas s. v. I. p. 338. Συναγωγὴ λ. χρ. p. 447.: ἀρτήρ, γένος ὑποδήματος. Φερεκράτης Γραυσίν.

VI. 33

Pollux X, 36, 162., ubi vulgatam γράμμασιν e MSS. emendavit Hemsterhusius: ἀορτήρ pro zona.

ΔΟΥΛΟΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ.

Argumentum fabulae videtur fuisse de disciplina servorum, et ita quidem, ut vitia servorum delinearet et eorum demonstraret meliorem vitae rationem; id apparet e loco Athenaei VI. p. 262 C., ubi dicuntur servi omnes cupedias *ὑπερορᾶν, οὐ μόνον διὰ φόβον, ἀλλὰ καὶ κατὰ διδασκαλίαν, οὐ τὴν ἐν Δουλοδιδασκάλῳ Φερεκράτους, ἀλλὰ ἐθισθέντες.* Titulum fabulae respicit Pollux III, 8, 80., unde auctoritas huius quoque vocabuli confirmari potest. Ceterum Meinekius Q. sc. II. p. 35. eam e genere earum fuisse comoediarum suspicatur, in quibus Cratetis poesin aemulatus fuerit poeta.

34 I.

Athenaeus III. p. 96 B. *τῶν ἐφθῶν ποδῶν μνημονεύει Φερεκράτης ἐν Δουλοδιδασκάλῳ*

Ὡς παρασκευάζεται δεῖπνον πῶς ἂν εἴπαϑ' ἡμῖν.
B. *Καὶ δῆϑ' ὑπάρχει τέμαχος ἐγ-*
Χέλειον ὑμῖν, τευϑὶς, ἄρ-
Νειον κρέας, φύσκης τόμος,
Ποὺς ἑφϑὸς, ἧπαρ, πλευρὸν, ὀρ-
Νίϑεια πλήϑει πολλὰ, τυ-
Ρὸς ἐν μέλιτι, μερὶς κρεῶν.

1. *ἕως π. τὸ δ. εἴπαϑ' ἡμῖν* Elmsley in Edinburgh review t. 37. p. 88. 2. *δῆτα* mutavit Dindorfius, qui primus hoc fragmentum ita digessit. *ἐγχέλιον*, et *ἀρνεῖον*, quae vulgo legebantur, emendavit Schweighäuserus. *ὑμῖν* pro *ἡμῖν* e MSS. restituit Dindorfius, qui cum Elmsleio *ὀρνίϑια* correxit.

II. 35

Athenaeus VII. p. 305 F. 306 A.: *Κίθαρος* (piscis genus) *Φερεκράτης Δουλοδιδασκάλῳ*

Κίθαρος γεγενῆσθαι κἀγοράζειν κίθαρος ὤν. —
B. *Ἀγαθόν γ' ὁ κίθαρος· καὶ πρὸς Ἀπόλλωνος πάνυ*
Ἐκεῖνο θράττει μ', ὅτι λέγουσιν, ὦ 'γάθη,
Ἔνεστιν ἐν κιθάρῳ τι κακόν.

2. *ὡς* ante *ἀγαθόν* cum Schweighäusero delevi. 3. De voce *θράττειν* cf. quae dixit Buttmannus Lexilogo I. p. 211 s.

III. 36

Athenaeus IX. p. 396 C. de suibus *γαλαθηνοῖς· Φερεκράτης Δουλοδιδασκάλῳ*

Γαλαθήν' ἔκλεπτον οὐ τέλεα.

„Scribebatur *γαλαθηνά.*" Dindorfius.

IV. 37

Athenaeus XI. p. 480 B.: *Κύλιξ. Φερεκράτης Δουλοδιδασκάλῳ*

Νυνὶ δ' ἀπονίζων τὴν κύλικα δὸς ἐμπιεῖν,
Ἔγχει τ' ἐπιθεὶς τὸν ἠθμόν.

1. *δώσων πιεῖν* vulgo. Toup. epist. crit. p. 100. *δώσω*, sed optime Dobreeus in Rosii Inscriptionibus p. 9. cf. Pors. ad Aristoph. Pac. 1143. 2. Vulgo *ἔγχυτ'*, quod Toupius l. l. in *ἀλλ' ἔγχεον* mutavit; veram lectionem servarunt tres codices. colum superimponebatur poculo, cf. Chishull ad inscr. Sigeens. p. 19 s. *ἠθμόν* Rosius l. l. p. 10.

V. 38

Athenaeus XV. p. 699 F. de *λυχνούχῳ· Φερεκράτης Δουλοδιδασκάλῳ*

Ἄνυσόν ποτ' ἐξελθών, σκότος γὰρ γίγνεται,
Καὶ τὸν λυχνοῦχον ἔκφερ' ἐνθεὶς τὸν λύχνον.

VI. 39

Suidas s. v. I. p. 186. *ἀναψηφίσασθαι τὸ μεταψηφίσασθαι. Δουλοδιδασκάλῳ Φερεκράτης·*

Κἀναψηφίσας δ' ἀποδοῦναι πάλιν τὰ χρυσία.

Cf. Porsonus ad Aristoph. Nub. 518.

40 VII.

Συναγωγὴ λ. χρ. v. *ἀνθῶν* p. 404. *ἄνθος, τὸ χρῶμα καὶ τὸ βάμμα τοῦ ἐρίου. Φερεκράτης Δουλοδιδασκάλῳ*

Ταχὺ τῶν ἐρίων καὶ τῶν ἀνθῶν τῶν παντοδαπῶν κατάγωμεν.

Τὸ τραχὺ Ruhnkenius ad Timaeum p. 153. lectionem MSti *κατάγομεν* emendavit Meinekius Cur. crit. p. 11.

41 VIII.

Συναγωγὴ λ. χρ. p. 431. *ἀπολιβάζειν, τὸ ἐκρυῆναι, ἀπὸ τῆς λιβάδος. Φερεκράτης Δουλοδιδασκάλῳ*

Οὐκ ἀπολιβάξω καὶ τριγώνους καὶ λύρας;

Τρίγωνος instrumentum musicum, de quo dixit Athenaeus IV. p. 183 E. F.

42 IX.

Συναγωγὴ λ. χρ. p. 454. *ἀστραγάλους οἱ Ἀττικοί. — Φερεκράτης Δουλοδιδασκάλῳ·*

Ἀντ' ἀστραγάλων κονδύλοισι παίζετε.

Τοῖς inseruerunt Bekkerus et Bachmannus. Hesychius II. c. 311. *Κόνδοι, ἀστράγαλοι.*

43 X.

Scholiasta Euripidis Hecub. 463. *Οὐ μόνον δὲ αἱ παρθένοι ὕφαινον, — ἀλλὰ καὶ γυναῖκες τέλειαι, ὡς Φερεκράτης ἐν Δουλοδιδασκάλῳ.* Vulgatam *Φιλοκράτης* correxit Matthiae.

44 XI.

Pollux X, 12, 54. *Ἐγκεντρίς*, calcar. cf. Hesychius I. c. 1070.

45 XII.

Antiatticista p. 99. *θησείῳ.*

46 XIII.

Idem p. 113. *ῥαβδίζειν.*

ΕΠΙΛΗΣΜΩΝ Η ΘΑΛΑΤΤΑ.

Hunc plenum fabulae titulum servavit Athenaeus VIII. p. 365 A. Thalassa nomen fuit meretricis, quae etiam comoediae Dioclis titulum dedit, Athenaeus XIII. p. 567 C.

I. 47

Athenaeus III. p. 111 B. *ὁ ὀβελίας ἄρτος κέκληται ἤτοι ὅτι ὀβολοῦ πιπράσκεται, — ἢ ὅτι ἐν ὀβελίσκοις ὀπτᾶται. Φερεκράτης Ἐπιλήσμονι*

Ὦλεν ὀβελίαν σποδεῖν, ἄρτου δὲ μὴ προτιμᾶν.

Vulgo *ὀβελιῶν*, e MSS. mutatum. Dobreeus ad Aristoph. Plut. 598. nomen proprium servi *ὦλεν* credit, sed Dindorfius corruptum censet. Mox *σποδεῖν* recepi ex emendatione Dobreei l. l. pro vulgata *σποδιῇ*; in MSStis est *σπόδιν* (a Dindorfio servatum), vel *σποδῆϊν*. significat comedere, ut Aristoph. Pac. 1306. *ἄρτον* coniecit Piersonus.

II. 48

Athenaeus VII. p. 308 F. 309 A.: (De coracino) *ὑποκοριστικῶς ὠνόμασεν αὐτοὺς Φερεκράτης ἐν Ἐπιλήσμονι*

Τοῖς σοῖσι συνὼν κορακινιδίοις
Καὶ μαινιδίοις.

III. 49

Athenaeus VIII. p. 365 A.: *οἴδασι δὲ οἱ ἀρχαῖοι καὶ τὰ νῦν καλούμενα ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνα· ἐμφανίζει δὲ Φερεκράτης περὶ τούτων ἐν Ἐπιλήσμονι ἢ Θαλάττῃ οὕτως*

Συσκευασάμενος δεῖπνον, ἐν τὸ σπυρίδιον,
Ἐβάδιζεν ὡς πρὸς τὸν Ὀφέλαν.

τοῦτο δὲ σαφῶς δηλοῖ τὸ ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον, ὅταν τις αὐτὸς αὑτῷ σκευάσας δεῖπνον καὶ συνθεὶς εἰς σπυρίδα παρά τινα δειπνήσων ἴῃ.

Cf. Hesychius I. c. 485. V. 1. Haec est lectio MSStorum a Dindorfio servata. Editio princeps *ἔν τει σπ.*, Casaubonus *ἐν τῇ σπυρίδι*. Legerim *εἰς τὸ σπυρίδιον*. 2. *πρὸς ὠφέλην* vulgo; correxit Porsonus Advv. p. 81. lege Apollodorum apud Athen. VI. p. 243 D.

50 IV.

Scholiasta Aristophanis Vesp. 542. ait Pherecratem *ἐν Ἐπιλήσμονι* mentionem fecisse veteris instituti, ut in Panathenaeis thalli a senibus in manibus gererentur. cf. ad Cratinum p. 13.

51 V.

Scholiasta Aristophanis Vesp. 968. *τραχήλια, τὰ κεφάλαια τῶν ἰχθύων ὡς ἀκανθώδη. Φερεκράτης Ἐπιλήσμονι·*

Ὅστις παρέθηκε κράνην.

Vulgatam *ἐπιστολῇ· μόνιός τις* emendavit Meinekius Comm. Misc. I. p. 19., quod confirmat lectio MSti Veneti *ἐπιστολῇ μονοστις*, quam doctissimus Guil. Dindorfius mecum communicavit. *Κράνην* corruptum est, et *τραχήλια*, ob quae fragmentum affertur, omnino in eo non inveniuntur.

52 VI.

Scholiasta Aristophanis Vesp. 1029.:

Κἂν μὲν σιωπῶ, φέρεται, πνίγεται,
Καὶ φησὶ, τί σιωπᾷς· — ἂν δ᾽ ἀποκριθῶ,
Οἴμοι τάλας, φησὶν, χαράδρα κατελήλυθεν.

Sensus verborum satis apertus est, sed quum metrum iambicum crediderim, quaedam excidisse videntur. 2. *ἐὰν δέ γ᾽* coniecit Meinekius Comm. misc. I. p. 19.

VII. 53

Eustathius ad Homeri Il. p. 707, 36. Odyss. p. 1761, 29. Φερεκράτης ποιεῖ τινα ἐκμασσόμενον ἀπὸ πυρετοῦ λέγοντα,

Τὸν ἱδρῶτα καὶ τὴν ἄρδαν ἀπ' ἐμοῦ σπόγγισον.

Loco priore ἀρδαλίαν altero τὴν μὲν ἄρδαν, habet Eustathius. Huc respicit Erotianus p. 98., ubi legitur Pherecydes, quod emendavit Meinekius Cur. Crit. p. 41 s. ad Menandr. p. 374. et Quae. sc. II. p. 35. ἄρδα vel ἄρδαλος sunt sordes, cf. Hesych. I. c. 520.

ΙΠΝΟΣ Η ΠΑΝΝΥΧΙΣ.

Hic est integer fabulae titulus, de qua ait Harpocratio p. 91. *ἔστι γοῦν δρᾶμα Φερεκράτει Ἰπνὸς ἢ Παννυχὶς, ἐν ᾧ δηλοῦται τοῦτο ὅτι μέρος τῆς οἰκίας ἐστίν.* Saepius corrupte pro *ἐν ἰπνῷ* vel *ἐν ὕπνῳ* vel *ἐν ἱππῶνι*, semel *ἐν ἱστῷ* legitur.

54 I.

Athenaeus XIII. p. 612 A. *Καλόν γε τὸ τέλος τῆς εὐδαιμονίας τῷ φιλοσόφῳ ἡ μυρεψικὴ τέχνη. — διὸ καὶ Φερεκράτης ἐν Ἰπνῷ ἢ Παννυχίδι φησὶ*

Κᾆτα μυροπωλεῖν τί μαθόντ' ἄνδρ' ἐχρῆν καθήμενον
Ὑψηλῶς ὑπὸ σκιαδείῳ, κατεσκευασμένον
Συνέδριον, τοῖς μειρακίοις ἵν' ἐλάλει δι' ἡμέρας;

Εἶθ' ἑξῆς φησίν

Αὐτίκ' οὐδεὶς οὔτε μαγείραιναν εἶδε πώποτε,
Οὔτε μὴν οὐδ' ἰχθυοπώλαιναν.

Ἑκάστῳ γὰρ γένει ἁρμόζοντα δεῖν εἶναι καὶ τὰ τῆς τέχνης.

Ante Casaubonum *ἐν ὕπνῳ* legebatur, qui in v. 1. *καταμυροπωλεῖν* librorum emendavit. Vulgo *μαθὼν τάνδε χρῆν*, correctum ab Erfurdtio in Horreo Regiomontano a. 1812. P. III. p. 444. ut et *σκιαδίῳ*. 3. *Σ. οὗ τοῖς μ. ἐλ.* vulgo. *συνέδρι' οὗ* Erfurdtius l. l., melius Hermannus E. D. M. III, 4. p. 580. 5. *οὔτε* pro *οὐ* Dindorfius dedit. Erfurdtius l. l. *οὐ μὴν οὐδείς*, Hermannus *οὐ μὴν οὐδέ γ'* coniecerunt. Verba autem *ἑκάστῳ* usque ad *τέχνης* Erfurdtius Pherecratis credidit et in metra digessit.

II. 55

Photius s. v. II. p. 626. Eustathius ad Homeri Odyss. p. 1405, 22.: *ὑπόβολον, ὑποκείμενον πρὸς δάνειον καὶ τόκον· Φερεκράτης Ἰπνῷ·*

Οὐχ ὁρᾷς τὴν οἰκίαν τὴν Πολυτίωνος κειμένην
Ὑπόβολον;

Huc respicit Etymol. M. c. 781, 34. unde apparet vocem *ὑπόβολον* servandam esse. Falsa est igitur ratio Porsoni Advv. p. 295., quam in Photio sequutus est, qua ita legit: *οὐχ ὁρᾷς τὴν οἰκίαν Τὴν Πολυτίωνος κειμένην ὑπώβολον.* cf. quae dixi in Seebodii Novo horreo philol. II, 1. p. 122. Polytion Alcibiadis fuit parasitus, qui penes eum mysteria imitatus est, Suidas v. *ἐξωρχήσατο*, Plutarchus Alcib. 19., cuius domus in stoa, quae a portis ad Ceramicum ducit, sita fuit. Pausanias I, 2, 4. cf. Meursius Athen. Att. I, 3.

III. 56

Suidas s. v. I. p. 251. *Συναγωγὴ λ. χρ.* p. 419 s.

Τί οὐκ ἐπανεχώρησα δεῦρο κἀπέδραν;

Hemsterhusius ad Thomam Mag. p. 93 a. *ὑπανεχώρησα* coniecit.

IV. 57

Pollux X, 47, 181.: *Φερεκράτης ἐν Ἰπνῷ καταλέγων τὰ ἐργαλεῖα τῆς παιδοτριβικῆς·*

Ἤδη μὲν ᾤαν λουμένῳ προζώννυτε.

Vulgo *λούμενοι προζωννύνται*, quae emendavit Bentleius epistola secunda ad Hemsterhusium p. 110., cum MS. Palatinus *λουμένῳ* habeat. *Λούμενος προζώννυται* Toupius Emm. in Poll. t. IV. p. 400. Praeterea *ἐν ἰπνῶνι* correxerunt interpretes.

V. 58

Pollux X, 47, 183.: *Κάνναι πλεγμάτιόν τί ἐστιν, Φερεκράτης Ἰπνῷ·*

Σκηνὴ περίερκτος περιβόλοις κάνναισι.

Cf. Hesych. s. v. II. c. 138. *Κάνναι, τὰ Αἰγύπτια πλέγματα.*

59 VI.

Suidas v. ἀλοάων I. p. 119. Συναγωγὴ λ. χρ. p. 379.: ἀλοάσαντα ἐν τῷ ā. Φερεκράτης Ἰπνῷ·

Ὑποζυγίοις ἀλοάσαντ' εὐθὺς ἐκποιῆσαι.

Quod in Suida legitur ἵππον corruptum est ex ἰπνῷ, apud quem ὑποζύγιον est. Ἐν τῷ ā ideo dicit, quia ἀλοᾶσαι circumagere et ἀλοῆσαι verberare differre credit.

60 VII.

Suidas v. ἄξιος I. p. 238. ἄξιος, ὁ εὔωνος. Φερεκράτης Ἰπνῷ·

Ὅδ' ἔστ' ὑφ' ȣ̃ ποτ' ἦν ὁ πυρὸς ἄξιος.

Hic est, sub cuius magistratu olim frumentum vilis erat pretii. Vulgo ἴστῳ· ὁ δὲ στέφους πετεινὸς π. ἄξ. Prius emendavit Meinekius Comm. Misc. I. p. 19. cetera optime restituit Porsonus Tracts and misc. criticisms p. 184. alia coniecerunt Toupius Emm. in Suid. P. I. p. 43 s. et Wesseling. probabil. 29. p. 250.

61 VIII.

Scholiasta Aristophanis Pac. 1241. Μνημονεύει δὲ Φερεκράτης ἐν Παννυχίδι τῶν κυμβείων καὶ τοῦ κατάκτου κοττάβου.

Notandus hic est senarius: Τῶν κυμβίων καὶ τοῦ κατάκτου κοττάβου. Cf. Athenaeus XI. p. 481 D. — 482 E. XV. p. 666 E. Hunc versum Meinekius quoque (Comm. misc. I. p. 19.) Pherecratis credit.

62 IX.

Eustathius ad Homeri Il. μ. p. 898, 7.

Ἀνέπλησα τὠφθαλμὼ πάλης φυσῶν τὸ πῦρ.

Similis versus Aristophanis Acharn. 1027.

ΚΟΡΙΑΝΝΩ.

Nomen meretricis huic fabulae dedit elogium, ut ait Athenaeus XIII. p. 567 C. Inde certum est, semper *ἐν Κοριαννοῖ*, non *ἐν Κοριάννοις* legendum esse, cf. Meinekius Q. sc. II. p. 36.

I. 63

Suidas s. v. II. p. 349. *Κορίαννοι· Φερεκράτης κέχρηται.* Hemsterhusius ad Pollucem X, 179. *Κοριαννώ* legit, sed Meinekius l. l. vulgatam ex errore Suidae natam credit.

II. 64

Athenaeus IV. p. 159 E. F. *τὰ εἰρημένα Φερεκράτει ἐν Κοριαννοῖ*

Φέρε δὴ κατακλινῶ· σὺ δὲ τράπεζαν — φέρε
Καὶ κύλικα κἀντραγεῖν, ἵν' ἥδιον πίω.
B. *Ἰδοὺ κύλιξ σοι καὶ τράπεζα καὶ φακοί.*
A. *Μή μοι φακοὺς μὰ τὸν Δί'· οὐ γὰρ ἥδομαι.*
Ἣν γὰρ τράγῃ τις, τοῦ στόματος ὄζει κακόν.

1. Lacunam indicavit Dindorfius, quam per *παῖ* explevit Meinekius, per *μοι* Toupius Emm. in Suid. P. III. p. 533., qui mox *καὶ τράγημ'* pro vulgato *κἂν τραγεῖν*, sed bene MSSti habent *κἀντραγεῖν*. 5. „*ὃς ἂν τράγῃ, ὄζει.*" Dobreeus ad Aristoph. Plut. 1021.

III. 65

Athenaeus X. p. 430 E. *Φερεκράτης ἐν Κοριαννοῖ δύο ὕδατος πρὸς τέσσαρας οἴνου, λέγων ὧδε*

Ἄποτ' ἔστ', ὦ Γλύκη.
B. *Ὑδαρῆ 'νέχεέν σοι.* A. *Παντάπασι μὲν οὖν ὕδωρ.*
Τί εἰργάσω; πῶς, ὦ κατάρατοτ', ἐνέχεας;

Γ. Δύ' ὕδατος ὦ μάμμη. Α. *Τί δ' οἴνου; Γ. Τέτταρας.*

Α. *Ἔῤῥ' ἐς κόρακας· βατράχοισιν οἰνοχοεῖν σε δεῖ.*

Duae colloqui videntur meretrices, uni autem ex iis adest puer; alteram Glycen vocari apparet, idem ac *Γλυκέρα, Γλυκέριον.* 1. s. vulgo *ἀπόθες γλυκυδάρην ἐνέχεεν.* Libri *γλύκη ὑδαρὴν ἐν.*, quae emendavit Erfurdtius in diariis Lipsiensibus a. 1805. t. I. c. 578. *ἀλλ' ἀπόθες* Schweighäuserus, unde *ἀλλ' ἀπόθες, ὦ γλυκεῖ', ὑδαρὴν ἐνέχεέ σοι* Meinekius Cur. Crit. p. 38 s. 2. ss. citat partim Eustathius ad Homeri Odyss. p. 1624, 50. 5. vulgo *βατράχοις*, emendavit Meinekius l. l.; est proverbium, de quo cf. Diogenianus III, 57. p. 203. Zenobius II, 78. p. 48.

66 IV.

Athen. XI. p. 481 A. B. *Φερεκράτης Κοριαννοῖ*

Ἐκ τοῦ βαλανείου γὰρ δίεφθος ἔρχομαι,
Ξηρὰν ἔχουσα τὴν φάρυγα. — Β. *Δώσω πιεῖν.*
Α. *Γλίσχρον τέ μοὐστὶ τὸ σίαλον νὴ τὼ θεώ.*
Β. *Εἰ λάβω κυρίσοι τὴν κοτυλίσκην;* Α. *Μηδαμῶς*
Μικράν γε. Κινεῖται γὰρ εὐθύς μοι χολή,
Ἐξ οὗπερ ἔπιον ἐκ τοιαύτης φάρμακον.
Εἰς τὴν ἐμὴν νῦν ἔγχεον τὴν μείζονα.

1. *βαλανίου* et *διεφθορῶς* vulgo, quae correxit Casaubonus. 2. *φάρυγα* ob metrum emendavit pro vulgato *φάρυγγα* Toupius Emm. in Suid. P. II. p. 236. et epist. crit. p. 100. 3. *γλαῖσχρον* correxit Casaubonus; *μου τὸ* Dindorfius. 4. *Θέλεις λάβω σοι* coniecit Casaubonus, *λάβ' ὦ Κορίσκη* Fiorillo Emm. p. 35. Mihi *λάβω* deleto *εἰ* legendum videtur, ut in *κυρίσοι* lateat nomen unius e meretricibus, quae hic colloquuntur. Mox *κοτυλίσκην* cum Toupio l. l. recepi e pagina 479 B. pro *κυλίσκην*, quod Iacobsius quoque Add. p. 260. probavit.

67 V.

Athenaeus XIV. p. 653 A. *Ὅτι δὲ καὶ πεφωγμέ-*

νας ἰσχάδας ἤσθιον Φερεκράτης δείκνυσιν ἐν Κοριαννοῖ λέγων οὕτως

Ἀλλ' ἰσχάδας μοι πρόελε τῶν πεφωγμένων.

Καὶ μετ' ὀλίγα δὲ

Οὐκ ἰσχάδας οἴσεις τῶν μελαινῶν; μανθάνεις;
Ἐν τοῖς Μαριανδυνοῖς ἐκείνοις βαρβάροις
Χύτρας καλοῦσι τὰς μελαίνας ἰσχάδας.

1. Citat hunc versum Etymol. M. c. 803, 32., ubi est *προελέτω πεφρυγμένας*: *Συναγωγὴ λ. χρ.* p. 411. Bachm. ubi MS. habet *προελέτω πεφωγμένων* (quod Bachmannus in *πεφωγμένας* mutavit): et Etym. MS. D'orvill. apud Porson. Advv. p. 143. habet, *προελέτω πεφυγμένων*. Athenaeus *πεφωσμένων*, pro quo Porsoni l. l. emendationem recepi. Cf. Hesychius II. c. 1533. et Toupius cur. noviss. in Suid. p. 295 s.

VI. 68

Scholiasta Aristophanis Nub. 563. Hephaestio p. 101. et eius Scholiasta p. 56., ubi de metro Pherecrateo agunt:

Ἄνδρες πρόσσχετε τὸν νοῦν
Ἐξευρήματι καινῷ,
Συμπτύκτοις ἀναπαίστοις.

Gaisfordius haec e parabasi sumpta credidit, sed Kolsterus de parabasi vet. com. p. 41 s. e *κομματίῳ*, quod verius mihi videtur. 1. vulgo *πρόσχετε*. cf. Hermann. E. D. M. III, 8. p. 603 s.

VII. 69

Photius v. *τοῦ* II. p. 596. Suidas v. ead. III. p. 490. *τοῦ· ἐπὶ ἀῤῥενικοῦ Κοριαννοῖ Φερεκράτης·*

Πάντως γὰρ εἰσὶ τῶν φίλων ἑνός γέ του.

VIII. 70

Suidas v. *ἀνόδοντος* I. p. 215. *Συναγωγὴ λ. χρ.* p. 406.

Ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος ἀλήθει.

Vocem *ἀνόδοντος* ex hac fabula affert Pollux II, 4, 96. Lobeckius ad Phrynichum p. 151. *ἀνὴρ δὲ γ.* coniecit,

et formam *ἀλήθει* minus Atticam ob versum epicum excusari credidit.

71 IX.

Suidas s. v. III. p. 530. Photius v. ead. II. p. 619.: *ὑοσκυαμᾶν, μεμηνέναι, παραπαίειν· Φερεκράτης Κοριαννοῖ·*

Ὑοσκυαμᾶς ἀνὴρ γέρων.

Porsonus *ὤν* adiecit. Huc respicit Etymol. M. c. 777, 18.

72 X.

Pollux X, 46, 179. *οἱ Ἀττικοὶ κόϊκα* (est vas *ἀλφιτήριον*), *ὡς Φερεκράτης ἐν Κοριαννοῖ·*

Πᾶς δ' ἀνὴρ ἔσαττε τεῦχος, ἢ κόϊκ', ἢ κωρύκους.

Κόϊκες et *κωρύκοι* sunt *φόρμοι* vel *θυλάκια*. Hesychius II. c. 293. et 402.

73 XI.

Suidas v. *ἀνυδρεύσασθαι* I. p. 236. *Συναγωγὴ λ. χρ.* p. 411 s.

Κατάχεον αὐτῆς, κἀνυδρεῦσαι τὸν κάδον.

Suidas *κατέχεον καὶ τῆς ἂν ὑδρεῦσαι τ. κ.* *Ὕδωρ κατέχεες, καὖθις ἀνυδρεύσαι κάδῳ* Wesseling. probab. 29. p. 250.

74 XII.

Συναγωγὴ λ. χρ. p. 345.: *ἀδραφαξὺς, τὸ λάχανον ὅπερ οἱ πολλοὶ ἀνδραφαξὺν καλοῦσι. Φερεκράτης Κοριαννοῖ·*

Ἀδραφαξὺν ἑψοῦσ', εἶτ' ὀκλὰξ καθημένη.

Sic Bekkerus pro lectione MSti *ἀνδραφαξὺν ἕψουσα, εἶτα ὁ βλὰξ κ.*

75 XIII.

Συναγωγὴ λ. χρ. p. 418. *ἀπαρτὶ, παρὰ τοῖς Κωμικοῖς τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου. Φερεκράτης Κοριαννοῖ·*

Ἀπαρτὶ μὲν οὖν ἐμοὶ μὲν εἰκός ἐστ' ἐρᾶν,
Σοὶ δ' οὐκέθ' ὥρα.

Cf. Gataker A. M. P. p. 587., qui *ἀπάρτι* scribendum ait.

ΚΡΑΠΑΤΑΛΟΙ.

Primarius de hac fabula locus est Pollucis IX, 6. s. 83.; qui ait: ὄνομά τι νομίσματος καὶ κραπατάλους εἴτε παίζων εἴτε σπουδάζων Φερεκράτης ὠνόμασεν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι. Λέγει δὲ τὸν μὲν κραπάταλον εἶναι ἐν Ἅιδου δραχμὴν, ἔχειν δ' αὐτὸν (vulg. ἔχει δ' αὐτός e MS. emendavit Meinekius Q. sc. II. p. 37.) δύο (sic idem recte pro ὀκτώ) ψωθίας, τὴν δὲ ψωθίαν εἶναι τριώβολον, καὶ δύνασθαι ὀκτὼ κικκάβους. Quibuscum conferantur glossae Hesychii II. c. 339. Κραπάταλος — νόμισμα. II. c. 256. Κικκάβινον, ἐλάχιστον, οὐδέν. et Photius I. p. 164. Κίκκαβος, ὀνοματοπεποίηταί τι νομισμάτιον ἐν Ἅιδου. Omnia igitur plana; scena fabulae apud inferos fuit, qui numis utebantur novis, eleganter fictis nominibus eorum. Prius ex eo quoque apparet fragmento, in quo Aeschylus loquens inducitur; sed cetera labefactare videtur locus Athenaei XIV. p. 646 C., ubi κραπάταλοι de piscibus et ψωθία de pustulis panum poni videntur, cf. Hesychius II. c. 339. κραπάταλοι, ἰχθύες τινές. II. c. 1583. ψωθία, τὰ τοῦ ἄρτου ἀποθραύσματα. Poeta haec vocabula diversis significationibus eadem in comoedia posuit, quod sane mirum est, vel aliud latet, de quo nos nihil decernere possumus. Ingeniose Hemsterhusius ad Pollucis l. l. hanc fabulam e genere earum, in quibus Cratetis rationem imitatus est Pherecrates, credit; et argumentum eius coniicit fuisse vitam pacatam apud inferos, qui pro summa moneta crapatalum habuerint. Ex eodem fragmento apud Athenaeum veram tituli scripturam κραπάταλοι esse certum est, quod iam

Porsonus Advv. p. 262. vidit, saepissime enim *κραπατάλλοι* vocantur.

76 I.

Athenaeus XIV. p. 646 C.: *Ψωθία, τὰ ψαθύρια. Φερεκράτης Κραπατάλοις*

Λήψει δ' ἐν Ἅιδου κραπάταλον τριωβόλου
Καὶ ψωθία.

De ipso fragmento iam dixi; Meinekius l. l. *τριωβόλου* forsitan delendum esse coniicit.

77 II.

Scholiasta Aristophanis Pac. 748. Aeschylus de se ipso loquitur:

Ὅστις γ' αὐτοῖς παρέδωκα τέχνην μεγάλην ἐξοικοδομήσας.

Vulgatam *ὅστις α. παρέδωκε* emendavit Porsonus Suppl. Praef. ad Eurip. Hecub. p. XLVIII, quod probarunt Meinekius Q. sc. II. p. 38. et Dindorfius ad Aristoph. fragm. p. 25. Similia Aeschylus loquitur in Aristophanis Ranis, et in eiusdem fragmento apud Athenaeum I. p. 21 F., quod Welckerus ex altera Ranarum editione, Meinekius l. l. autem e Gerytade desumptum credunt; Dindorfius l. l. pro Aristophane Pherecratem reponendum coniicit.

78 III.

Photius v. *Φίλιος* II. p. 647 s. Suidas v. ead. III. p. 601.: *Φίλιος Ζεὺς, ὁ τὰ περὶ τὰς φιλίας ἐπισκοπῶν* — *Φερεκράτης Κραπατάλοις*

Τοῖς δὲ κριταῖς
Τοῖς νυνὶ κρίνουσι λέγω,
Μὴ 'πιορκεῖν μηδ' ἀδίκως
Κρίνειν, ἢ, νὴ τὸν Φίλιον,
Μῦθον εἰς ὑμᾶς ἕτερον
Φιλοκράτης λέξει, πολὺ τού-
Του κακηγοριστότερον.

E parabasi desumptum est fragmentum. 5. *μῦθος* vulgo, quod emendarunt Meinekius Cur. crit. p. 40 s. et Porsonus.

7. Suidas *κακηγορικώτερον.* Pollux II, 4, 127. a Pherecrate *κακηγορίστερον* dictum affert, quod hic posuerunt Meinekius l. l. et Elmsleius ad Aristoph. Acharn. 730. Philocrates demagogus et parasitus, a Demosthene *π. παραπρεσβ.* p. 375. et 405. reprehensus. cf. Plutarchus Demosth. 16. et Moral. p. 668 A. H. St. et Eubulus apud Athenaeum I. p. 8 B. C. Meinekius Comm. misc. I. p. 20. *Φερεκράτης* coniecit, quam emendationem maxime mihi placere fateor. Sic Elmsleius quoque l. l. et Meinekius rursus in Quaest. scen. II. p. 35. (cf. fr. 42.) attamen recipere non sum ausus, quum similia me legisse non meminerim.

IV. 79

Athenaeus XI. p. 485 D., ubi de *λεπαστῇ*, poculi genere, loquitur:

Τῶν θεατῶν δ' ὅστις —
Διψῇ, — — —
— λεπαστὴν λαψάμενος
Μεστὴν ἐκχαρυβδίσαι.

Lycophron *ἐν τῷ ἐνάτῳ περὶ κωμῳδίας* haec verba Pherecratis ob vocem *λεπαστή* attulerat. 1. *ὅστις ἂν* Toupius ad Longinum 44., quod Dindorfius recepit, cui metrum videtur Eupolideum. 4. *ἐχαρυβδίσε* Casaubonus; ipse cum Dindorfio ita dedi, ut ille e lectione MStorum *ἐκκαρύβδισαι* edidit [a]. Dobreeus ad Aristoph. Plut. 1012. vocem *ἐκχαρυβδίζειν* vel *ἐνχαρυβδίζειν* latere suspicatus est, sed de metro sibi non constare ait. Ipse digessi, ut metrum sit idem cum praecedente, quia ex eadem mihi parabasi petitus visus est totus locus poetae; ideoque lacunas indicavi. Omnino autem huc referam locum Philochori (ex Atthide) apud Athenaeum XI. p. 464 F. *Ἀθηναῖοι τοῖς Διονυσιακοῖς ἀγῶσι τὸ μὲν πρῶτον ἠριστηκότες καὶ πεπωκότες ἐβάδιζον ἐπὶ τὴν θέαν καὶ ἐστε-*

---

a Toupius l. l. *ἐχαρύβδισε Μεστήν* legit.

φανωμένοι ἐθεώρουν, παρὰ δὲ τὸν ἀγῶνα πάντα οἶνος αὐτοῖς ᾠνοχοεῖτο καὶ τραγήματα παρεφέρετο, καὶ τοῖς χοροῖς εἰσιοῦσιν ἐνέχεον πίνειν, καὶ διηγωνισμένοις ὅτ' ἐξεπορεύοντο ἐνέχεον πάλιν· μαρτυρεῖν δὲ τούτοις καὶ Φερεκράτη τὸν κωμικὸν, ὅτι μέχρι τῆς καθ' ἑαυτὸν ἡλικίας οὐκ ἀσίτους εἶναι τοὺς θεωροῦντας.

80 V.

Athenaeus III. p. 75 B. Τῶν καλουμένων φιβάλεων σύκων πολλοὶ μὲν μέμνηνται τῶν κωμῳδιοποιῶν, ἀτὰρ καὶ Φερεκράτης ἐν Κραπατάλοις

Ὦ δαιμόνιε πύρεττε μηδὲν φροντίσας,
Καὶ τῶν φιβάλεων τρῶγε σύκων τοῦ θέρους,
Κἀμπιμπλάμενος κάθευδε τῆς μεσημβρίας·
Κᾆτα σφακέλιζε καὶ πέπρησο καὶ βόα.

Huc respicit Athenaeus III. p. 80 A. Ἄλλοι δέ φασιν ὅτι μὴ δεῖ σῦκα προσφέρεσθαι μεσημβρίας· νοσώδη γὰρ εἶναι τότε, ὡς καὶ Φερεκράτης ἐν Κραπατάλοις εἴρηκεν. 3. τὰς Schweighäuserus in τῆς mutavit.

81 VI.

Athenaeus II. p. 55 B. sine nomine fabulae, et IX. p. 366 D.: τὸ τακερὸν — ἐπὶ τοῦ τρυφεροῦ — καὶ Φερεκράτης Κραπατάλοις

Τακεροὺς ποιῆσαι τοὺς ἐρεβίνθους αὐτόθι.

Loco priore ποιήσεις et εὐθέως legitur. αὐτόθεν Schweigh.

82 VII.

Athenaeus XIV. p. 645 E. Ἐγκρίδες, πεμμάτιον ἑψόμενον ἐν ἐλαίῳ καὶ μετὰ τοῦτο μελιτούμενον. — Φερεκράτης δ' ἐν Κραπατάλοις

Ταῦτ' ἔχων ἐν ταῖς ὁδοῖς ἁρπαζέτω τὰς ἐγκρίδας.

Cf. Hesychius I. c. 1072. et 1073. ἐγχρίδας Toupius cur. noviss. in Suid. p. 176.

83 VIII.

Athenaeus XV. p. 700 C.: Φερεκράτης δ' ἐν Κραπατάλοις τὴν νῦν λυχνίαν καλουμένην λύχνειον κέκληκε διὰ τούτων

Τίς τῶν λυχνείων ἡ 'ργασιά; B. Τυῤῥηνική.

Ποικίλαι γὰρ ἦσαν αἱ παρὰ τοῖς Τυῤῥηνοῖς ἐργασίαι, φιλοτέχνων ὄντων τῶν Τυῤῥηνῶν. Huc respicit Eustathius ad Homeri Odyss. η΄. p. 1571, 19.

IX. 84

Photius s. v. I. p. 307. *νωτοπλῆγα, μαστιγίαν τὸν εἰς τὰ νῶτα πληγὰς λαμβάνοντα· Φερεκράτης Κραπατάλοις*

Καὶ νωτοπλῆγα μὴ ταχέως διακονεῖν.

X. 85

Suidas v. *ἀγυιαί* I. p. 41. Zonaras v. ead. I. c. 20. Scholiasta Aristophanis Vesp. 870. de Apolline *ἀγυιεύς* dicto:

Ὦ δέσποτ' Ἀγυιεῦ, ταῦτα σὺ μέμνησό μου.

Cf. ad Cratinum p. 91.

XI. 86

Suidas v. *ἀνεῴγεισαν* I. p. 206. Zonaras v. ead. I. c. 215. *Συναγωγὴ λ. χρ.* v. ead. p. 399.: *Φερεκράτης Κραπατάλοις* (ubi Bekkerus *κραταπάλλοις* semper edidit)

Οὐδεὶς γὰρ ἐδέχετ' οὐδ' ἀνεῴγει μοι θύραν.

Porsonus Advv. p. 296. vulgatam *ἀνεῴγε* emendavit.

XII. 87

Suidas v. *ἄπεῤῥε* I. p. 255. *περιέῤῥων* III. p. 86. *ἔῤῥων, ὃ σημαίνει τὸ φθειρόμενος. Φερεκράτης Κραπατάλοις*

Ζητῶ περιέῤῥων αὐτὸν ἐξ ἑωθινοῦ.

„A tempore matutino urbem perreptans ipsum quaero." Valckenaerius ad Eurip. Hippol. 973. p. 268. qui *ζητῶν*, quod vulgo legebatur, emendavit, ut Elmsleius ad Eurip. Heracl. 210.

XIII. 88

Συναγωγὴ λ. χρ. p. 418.: *ἀπαρτί, παρὰ τοῖς κωμικοῖς τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου· Φερεκράτης Κραπατάλοις*

Τί δαί; τί σαυτὸν ἀποτίνειν τῷδ' ἀξιοῖς; φράσόν μοι.

B. *Ἀπαρτὶ δῆτα προσλαβεῖν παρὰ τοῦδ' ἔγωγε μᾶλλον.*

1. Vulgo *τίς αὐτὸν ἀποτείνει τὸ δ'*, quae emendavit

Dobreeus ad Aristoph. Plut. 388. *τίς αὐτὸν ἀποτίνειν τῷδ' ἀξιοῖ*, Lobeckius ad Phryn. p. 20. 1 s. Verba *φράσον* — *προσλαβεῖν* citant Scholiasta Aristophanis Plut. l. l. et Suidas s. v. I. p. 250., in quibus *προλαβεῖν* est, et vocem *ἀπαρτί* ex hoc loco affert Zonaras t. I. c. 284. Hemsterhusius ad scholiastae l. l. veram lectionem invenire non potuit; praeterea *δῆτα* — *ἔμελλον* coniecit Dobreeus l. l.

89 XIV.

Pollux VII, 32, 152: *Φερεκράτης Κραπατάλοις·*

Σῦκα τῶν διφόρων.

Cf. Aristophanes Eccles. 707. et Athenaeus III. p. 77 D.

90 XV.

Pollux X, 9, 45.: *Ὅτι δὲ οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ ἀκινήτου ἀποπάτου τὰ λάσανα ὀνομαστέον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ τιθεμένου καὶ ἀναιρουμένου, μαρτυρεῖ — Φερεκράτης Κραπατάλοις·*

Πρὸς τῇ κεφαλῇ μου λάσανα καταθεὶς πέρδεται.

Huc respicit Photius I. p. 209. Sic Horatius Serm. I, 6, 108.

91 XVI.

Pollux X, 23, 89. *Ἡ μαχαιρὶς ὡς ἐπιτοπολὺ ἐπὶ τῆς κουρίδος, ἀλλ' ὅταν Φερεκράτης ἐν Κραπατάλοις φῇ*

Μάχαιραν ἆρ' ἐνέθηκας; B. *Οὔ.* A. *Τί μ' εἴργασαι;*

Ἀμάχαιρος ἐπὶ βόεια νοστήσω κρέα,

Ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος;

1. Vulgo *ἐνέθηκά σου*, emendarunt Porsonus Advv. p. 295. et Elmsleius ad Aristoph. Acharn. 715. 3. Cf. in *Κοριαννοῖ* fr. 70. et 71., ita ut paene credam, hic *ἐν Κοριαννοῖ* apud Pollucem legendum esse.

92 XVII.

Etymol. M. s. v. c. 243, 16. sine fabulae nomine, (Zonaras s. v. I. c. 459. sine poetae nomine priorem habet versum), sed ex hac fabula petitum esse fragmentum ex

Antiatticista p. 86. apparet: ἡ αἰτιατικὴ τὴν γυνὴν, οἷον

Ὡς ἄτοπόν ἐστι μητέρ' εἶναι καὶ γυνήν.

Καὶ αἰτιατικὴ τῶν πληθυντικῶν.

Ἀλλ' ὁρῶ τὰς γυνάς.

Zonaras καὶ μητέρ' habet. cf. intpp. ad Gregor. Cor. p. 345. not. et Buttmannus Gramm. Gr. ampliore t. II. p. 404.

XVIII. 93

Antiatticista p. 89.: δυσημερεῖν, Φερεκράτης Κραπατάλοις.

XIX. 94

Priscianus XVIII. c. 1191, 5. t. II. p. 224. Krehl. Φερεκράτης Κραπατάλοις·

Ὡς τοι κακὸν ὄζει τανα μυδυναμαι γλυκύ.

In Putschiana erat Φ. πετάλοις, quod Krehlius in πετάλῃ mutavit, sed Κραπατάλλοις duo praebent MSSti apud Spengelium ad Varronem p. 619. Vulgo ὄζει τἀμὰ μή τι γ' ἀλλὰ γ., in Aldina ὥς τοι κακὸν ὄζει tantum exstat, MS. Monacensis habet, ut edidi, cuius ὄζει tamen correxi. Dobreeus ad Aristoph. Plut. 1021. ὥστ' οὐ κ. ὄζει θ' αἱμάτιά γ' ἀλλὰ γλυκύ coniecit.

Λ Η Ρ Ο Ι.

Nihil de argumento fabulae fragmenta demonstrant.

95 I.

Athenaeus III. p. 95 D., ubi de voce *ῥύγχος* loquitur: *Φερεκράτης Λήροις*

Ὡς οὐχὶ τουτὶ ῥύγχος ἀτεχνῶς ἔσθ' ὑός.

96 II.

Athenaeus VI. p. 228 E. *τήγανον εἴρηκεν ἐν μὲν Λήροις* (vulgatam *μενδήροις* emendavit Casaubonus) *Φερεκράτης οὕτως*

Ἀπὸ τηγάνου τ' ἔφασκεν ἀφύας — φαγεῖν.

Citat Eustathius ad Homeri Odyss. *τ.* p. 1862, 18. *ἄν* inseruit Dindorfius. *ἔφασκέ νιν ἀφ. φ.* Iacobsius Add. p. 139.

97 III.

Athenaeus X. p. 424 B. *Φερεκράτης ἐν Λήροις ἀργυροῦν κύαθον ὠνόμασε.* Pollux VI, 19, 105. *Φερεκράτης ἐν Λήροις κυάθιον δὲ ἀργυροῦν, ᾧ τὸ μύρον ἐγχέομεν.*

98 IV.

Athenaeus XV. p. 690 D. *Βρενθίου δὲ μύρου μνημονεύει Φερεκράτης ἐν Λήροις οὕτως*

Ἕστηκε δὲ κἀκέλευον ἐγχέασθαι
Νῷν μύρον βρένθιον, ἵνα τοῖς ἰοῦσιν ἐγχέῃ.

Iacobsius Add. p. 363. *ἐγχεῖσθαι μ. Νῷν βρ.* Dindorfius tetrametros fuisse coniicit, quare *Νῷν βρ. μ. ἵνα τοῖς ἰοῦσιν ἐγχέῃ τις* suspicatur. Ipse vulgatam retinui.

99 V.

Pollux X, 22, 79. *τὸν πυθμένα καὶ πύνδακα ἄλλοι τε καὶ Φερεκράτης ἐν Λήροις*

Λαβοῦσα μὲν τῆς χοίνικος τὸν πύνδακ' εἰσέκρουσεν.

Unum vidit esse tetrametrum Bentleius epist. sec. ad Hemsterhus. p. 99.

VI. 100

Suidas v. *χρὴ* III. p. 683. *Φερεκράτης Λήροις*

Τὸ δ' ὄνομά μοι κάτειπε τί σε χρῆσται καλεῖν.

Vulgatam *χρῆσθαι* emendavit Hermannus ad Sophoclis Oed. Colon. 505. p. 113.

VII. 101

Photius I. p. 188.: *Κυντερώτατα· καὶ κυντατώτατα λέγουσιν.* — *Φερεκράτης Λήροις*

Εἶθ' ἕτερα τούτων ποιοῦντα πολλὰ κυντερώτερα.

Eupolis, Atheniensis, filius fortasse Sosipolidis [a], anno aetatis decimo septimo fabulas docere incepit, Suidas s. v. I. p. 903. Eudocia p. 167., quod archonte Apollodoro Olymp. LXXXVII, 4. fecit, secundum grammaticum anonymum *περὶ κωμ.* p. XXIX. et Cyrillum c. Iulian. I. p. 13 B., qui Olympiada LXXXVIII. nominat, ut Eusebius Chron. t. II. p. 215. ed. Aucher. et Syncellus Chron. p. 205 C. Inde facile apparet, Eupolin Olymp. LXXXIII. a. 2. vel 3. natum fuisse, quod Meinekius Quaest. scen. I. p. 36. et Clintonus fast. Hellen. p. 63. animadverterunt. Legem quidem fuisse perhibent, ne quis ante trigesimum vel quadragesimum aetatis annum fabulas doceret, sed de ea dubitari potest post argumenta Clintoni in fine praefationis ad fastos, cf. Meinek. Q. sc. I. l. l. Fabulas inde ab hoc anno usque ad Olymp. XCII. docuit, quibus maxime inclaruit, quae postea ex ipsis fragmentis apertius videbimus. De ipso autem mortis tempore iam apud veteres orta fuit dubitatio, neque plura nobis affirmare licet, quam eum vel Olymp. XCII. vel XCIII. mortuum esse. cf. Lucas p. 85—90. Plurimi enim narrarunt, Eupolin ob Alcibiadis irrisionem in *Βάπταις* ab illo, quum Siciliam navigaret, in mare deiectum esse, id quod primo anno Olymp. XCI. factum no-

---

a Suidas s. v. *Εὔπολις*, *Σωσίπολις*, ubi *Σωσιπόλιδος* verisimiliter Meinekius Q. sc. I. p. 37. not., qui in Bekkeri Anecdotis III. p. 1192. pro *Σώπολις* legendum monet *Εὔπολις*. cf. Lucam Crat. et Eup. p. 85.

vimus. (Testimonia de hac re in argumento ad *Βάπτας* afferam). Recte autem Eratosthenes (p. 229 Bernh.) apud Ciceronem ad Attic. VI, 1. hoc redarguit, affert enim, quas ille post hoc tempus docuerit fabulas, idque apparet e fragmentis. Praeterea Suidas s. v. ait, eum mortuum esse *κατὰ Ἑλλήσποντον* in bello contra Lacedaemonios, ideoque lege quadam poetarum militiam perhibitam fuisse. Meinekius Q. sc. I. p. 36 s. aut victoriam Atheniensium ad *κυνὸς σῆμα* (Olymp. XCII, 2.), aut proelium ad *Αἰγὸς ποταμὸν* commissum, (Olymp. XCIII, 4.) significari certissime animadvertit; ita ut, si non certo, tamen verisimiliter mortis tempus huc referendum sit. Pausanias II, 7, 4. in agro Sicyonio, Aelianus Hist. anim. X, 41. et Tzetzes Chil. IV, 248 in Aegina insula eum sepultum tradunt, mira quadam diversitate, quam tollere conatur Lucas p. 89. Nihil amplius de eius rebus domesticis scimus; servum Ephialtem habuit, qui quum fabulas domini aliquot surripuisset, ab eius cane Molosso, *Αὐγέᾳ* dicto, interfectus est morsibus, canis ipse brevi post mortem Eupolidis maerore exstinctus est, ut Aelianus et Tzetzes ll. ll. tradunt. De Ephialte infra etiam quaedam dicenda sunt, diverso tamen ut videtur a servo illo.

Secundum Suidam fabulas septemdecim docuit, et decies victoriam reportavit; quatuordecim ei tribuit Anonymus *π. κωμ.* p. XXIX. Inveniuntur plura comoediarum nomina, e quibus si aperte corrupta eiicias, viginti supersunt, cf. Meinek. Q. sc. I. p. 41., Elmsleius autem ad Aristoph. Acharn. p. 113. omnia, quae quatuordecim dramatum numerum superant, e depravata scriptura orta sibi videri ait. Aperte corrupta sunt *δραπέται*, *Πρόδαμος*, *πύλαι* et *Σφίγγες*, et *στεφανοπώλιδας* apud Athenaeum IX. p. 384 C. Eubulo ex emendatione Casauboni reddidit Dindorfius; valde dubitari potest de *διάς*, *διαιτῶν*, et *Λάκωνες*. Viginti quas superesse diximus fabulas hae sunt: *Αἶγες*, *Ἀστράτευτοι ἢ*

Ἀνδρογύναι, *Αὐτόλυκος α'*, *Αὐτόλυκος β'*, *Βάπται*, *Δῆμοι*, *Διαιτῶν*, *Διάς*, *Εἵλωτες*, *Κλοπαί*, *Κόλακες*, *Λάκωνες*, *Μαρικᾶς*, *Νουμηνίαι*, *Πόλεις*, *Προσπάλτιοι*, *Ταξίαρχοι*, *Ὑβριστοδίκαι*, *Φίλοι*, *Χρυσὸν γένος*. (Elmsleius l. l. has sex fabulas eiicit: *διαιτῶν*, *διάς*, *κλοπαί*, *Λάκωνες*, *νουμηνίαι* et *ὑβριστοδίκαι*, de *νουμηνίαις* tamen iusto severius. cf. Lucas p. 108 s.). Bis cum Euripide confunditur Eupolis, cf. Meinek. Q. sc. I. p. 41.

Poeta fuit et ingeniosissimus et venustissimus et in conviciis iaciendis quamquam *iratus* (ut eum vocat Persius I, 124), tamen id paene semper urbane et concinne fecit. Primarius est locus Platonii *π. διαφορ. χαρακτ.* p. XXVII. *Εὔπολις εὐφάντασστος μὲν εἰς ὑπερβολήν ἐστιν κατὰ τὰς ὑποθέσεις, τὰς γὰρ εἰσηγήσεις μεγάλας τῶν δραμάτων ποιεῖται καὶ ἥνπερ ἐν τῇ παραβάσει φαντασίαν κινοῦσιν οἱ λοιποὶ, ταύτην ἐκεῖνος ἐν τοῖς δράμασιν, ἀναγαγεῖν ἱκανὸς ὢν ἐξ Ἅιδου νομοθετῶν πρόσωπα καὶ δι' αὐτῶν εἰσηγουμένος ἢ περὶ θέσεως νόμων ἢ καταλύσεως.* (Ad *Δήμους* respicit). *ὥσπερ δὲ ἐστὶν ὑψηλὸς, οὕτω καὶ ἐπίχαρις καὶ περὶ τὰ σκώμματα λίαν εὔστοχος.* (Meinekii Q. sc. II. p. 39. emendationem *σκώμματα* pro *σχέμματα* iure certissimam dixit Geelius in Biblioth. crit. nov. IV. p. 13.). *Εὔπολις γεγονὼς δυνατὸς τῇ λέξει, καὶ ζηλῶν Κρατῖνον πολύ γε λοίδορον καὶ σκαιὸν* (*αἰσχρόν* Geelius l. l.) *ἐμφαίνει* Anonymus *π. κωμ.* ait p. XXIX.; alter Anonymus p. XXX. Aristophanem et Eupolin optimos *τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας τεχνίτας* vocat. Ita Lucianus t. II. p. 832. Eupolin cum Aristophane *δεινοὺς ἄνδρας ἐπικερτομῆσαι τὰ σεμνὰ καὶ χλευάσαι τὰ καλῶς ἔχοντα* dicit; inter elegantes eum habendum veteris comoediae poetas Macrobius Saturn. VII, 5. Saepius Aristophanes eum risit, qui mos erat veterum comicorum, qui invicem etiam versus sibi surripuerunt. cf. Schol. Aristoph. Nub. 296. 541. 549. 552. Pac. 741. 762. Eq. 528. 1288. Dignus a grammaticis quoque Alexandrinis habitus est,

quem cum paucis aliis in canonem reciperent, cf. Ruhnken. Hist. crit. orat. gr. p. XCV.; cf. praeterea Quintilianus X. 1. p. 897. Horatius Serm. I, 41 s. II, 3, 12. Velleius Paterculus I, 16. Diomedes III. c. 486. Bekkeri Anecd. III. p. 1461. not. Histrione Demostrato eum usum esse p. 94. videbimus, et metrum ab eo Eupolideum dictum est, in comoedia valde usitatum, quod tale est,

⏕ ⏓ | — ⏒ | — ⏑ ⏑ — | — ⏓ | — ⏒ | — ⏑ —

cf. Plocius c. 2655, 22. et Hermannus E. D. M. III, 4. p. 578 ss. Galenus libros tres *τῶν παρ᾽ Εὐπόλιδι πολιτικῶν ὀνομάτων* edidit, ut ipse ait t. IV. p. 4. ed. Ald.

De Eupolide multa dixerunt Fabricius Bibl. Gr. II, 22. t. II. p. 445—448. Meursius Bibl. Att. II. t. X. c. 1498—1506. Saxius Onomast. I. p. 42. Lucas, Cratinus et Eupolis p. 83—109. et omnium doctissime Meinekius Quaest. scen. Spec. I. p. 35—59.

Α Ι Γ Ε Σ.

Ita dicta est fabula, quia caprarum chorum in ea introduxit poeta; scripta est ante Olymp. LXXXIX, 1., ridet enim Hipponicum fr. 4., qui hoc anno mortuus est. cf. Meinek. Q. sc. I. p. 41. et infra ad *Κολάκας*.

I. 1

Eustathius ad Homeri Il. *π*. p. 1063, 44. *Εὔπολις προβατικόν φασι χορὸν λέγει τὸν ἐξ αἰγῶν.* Hinc satis apparet, chori partes capras egisse, quarum verba e parabasi desumpta nunc afferam.

II. 2

Plutarchus Sympos. IV. 1. p. 662 E. Vol. III. P. II. p. 705 s. Wytt.: *Ἀλλὰ τῷ μὲν αἱ παρ' Εὐπόλιδι αἶγες ἀντικαρτεροῦσι ὑμνοῦσαι τὴν τροφὴν ὡς παμμιγῆ καὶ ποικίλην οὖσαν, οὕτω πως λέγουσαι·*

Βοσκόμεθ' ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς, ἐλάτης, πρίνου, κομάρου τε
Πτόρθους ἁπαλοὺς ἀποτρώγουσαι, καὶ πρὸς τούτοισιν ἔτ' ἄλλα,
Κύτισον τ' ἠδὲ σφάκον εὐώδη, καὶ μίλακα τὴν πολύφυλλον,
Κότινον, σχῖνον, μελίαν, πεύκην, ἄπιον, δρῦν, κιττὸν, ἐρείκην,
Πρόμαλον, ῥάμνον, φλόμον, ἀνθέρικον, φηγὸν, κισθὸν, θύμα, θυμβράν.

Macrobius Saturn. VII, 5. Notus est omnibus Eupolis, inter elegantes habendus veteris comoediae poetas. Is in fabula quae inscribitur Aeges, inducit capras de cibi sui copia in haec se verba iactantes: *Βοσκόμεθ'*, et quae sequuntur.

Optime hoc fragmentum elegantissimum in metra disposuit Meinekius Cur. crit. p. 58 s., quem paene ubique secutus sum. 2. vulgo ἔτ' ἄλλ' οἷον, pro quo Meinekii emendationem recepi, quamvis aliud hic forsan latere credam. 3. vulgo κυτίσου τ' ἠδὲ φάσκον. Meinekius omnia emendavit, et σφάκον pro φάσκον iam antea Bodaeus a Stapel ad Theophrast. Hist. plant. IV. p. 409. correxerat, quod Porsonus ad Aristoph. Pac. 600. et apud Gaisfordium ad Hephaest. p. 277 s. probavit. ἠδὲ Atticis in usu esse multis exemplis ostendunt Porsonus Advv. p. 42. et Meinekius Cur. crit. p. 59. Postea vulgatam σμίλακα in μίλακα mutavi, formam Atticis usitatiorem, cf. Porsonus ad Dawes. Misc. p. 598. Kidd. Elmsleius et Hermannus ad Eurip. Bacch. 108. Dindorfius ad Aristoph. Av. 218. Kuehnius ad Aelian. V. H. III, 1. τὴν apud Plutarchum deerat. 4. Apud Plutarchum legebatur hic versus omissis vocabulis πεύκην, ἄπιον, et in fine μυρίκην erat, Macrobius habet, πεύκην, ἁλίαν, — ἐρείκην, cuius editio Lugdunensis a. 1560. συκῆν dat, a Bodaeo a Stapel l. l. probatum. ἁλίαν quum vox nihili sit, μυρίκην coniecit Meinekius l. l. p. 59., ipse ἄπιον Bodaei recepi, quod e MSto sumpsisse videtur. 5. πρόμαλον, εἶδος φυτοῦ, οὗ μέμνηται καὶ Εὔπολις Αἰξίν. Erotianus s. v. p. 514.; est genus viticis, cf. Hesychius II. c. 1034. θύμα Plutarcho deerat. Cf. P. Leopardus Emm. VIII, 10.

3 III.

Scholiasta Aristophanis Pac. 790. Σφυράδες εἰσὶ τὰ τῶν αἰγῶν καὶ προβάτων ἀποπατήματα. Εὔπολις Αἰξίν

Σφυράδων πολλῶν ἀναμέστη.

4 IV.

Hesychius s. v. II. c. 25. Ἱερεὺς Διονύσου. Εὔπολις Αἰξίν, Ἱππόνικον σκώπτων, ὡς ἐρυθρὸν τῇ ὄψει. Scholiasta Aristophanis Ran. 310. Εὔπολις τὸν τοῦ Διονύσου ἱερέα νομίζεσθαι αἰγίπυρον εἶναι, ἀντὶ τοῦ πυῤῥόν, quae huc referenda esse recte animadvertit Hem-

sterhusius ad Hesychium. *ἡ αἰγίπυρος πόα φασὶ πυῤῥὰ, ἣν αἶγες νέμονται*, ut ait Eustathius ad Homeri Il. *β.* p. 307.

V. 5

Photius s. v. I. p. 47.: *Ἑψητοί· πληθυντικῶς τὰ ἰχθύδια. — Εὔπολις Αἰξίν*

Καὶ τῆς λοπάδος· ἔνεισι δ' ἑψητοὶ τινές.

VI. 6

Athenaeus VII. p. 301 A. *ἑψητός. ἐπὶ τῶν λεπτῶν ἰχθυδίων. — Εὔπολις Αἰξίν*

Ὦ Χάριτες, αἷσι μέλουσιν ἑψητοί.

Vulgo *μέλλουσιν*, emendatum a Casaubono. Saepe haec confundi demonstrat D'orvillius ad Charit. VI, 1. p. 512.

VII. 7

Photius v. *νεᾶν* I. p. 290. *Νεᾶν· οὐ νεοῦν τὴν γῆν. — Εὔπολις Αἰξίν*

Ἐπίσταμαι γὰρ αἰπολεῖν, σκάπτειν, νεᾶν, φυτεύειν.

VIII. 8

Photius v. *νεανισκεύεται* I. p. 291. Suidas v. ead. II. p. 603. *Νεανισκεύεται. — Εὔπολις Αἰξίν.*

Vulgatam *Σφιγξίν* bene correxit Meinekius Quaest. scen. I. p. 41., quod probavit Geelius Bibl. crit. nov. t. IV. p. 14.

IX. 9

Photius v. *τάγυρι* II. p. 564. Suidas v. ead. III. p. 423. Etymol. M. v. ead. c. 743, 57. *Τάγυρι· τὸ βραχύτατον καὶ ἐλάχιστον, οἷον ψιλὰ λέγουσιν· Εὔπολις Αἰξίν*

Καὶ ζῆν μαθόντι μηδὲ τάγυρι μουσικῆς.

μαθόντι δὲ est apud Etymologum. cf. Hesychius II. c. 1339.

X. 10

Theodosius p. 11., sive in Bekkeri Anecd. III. p. 1168. *τοὺς αὐτοὺς εἶναι διδασκάλους καὶ μουσικῆς καὶ γραμματικῆς, ὡς ὁ Εὔπολις εἰσάγει ἐν Αἰξί.* Quintilianus I, 10, 17. eosdem utriusque (grammatices et musi-

ces) praeceptores fuisse, quum Sophron ostendit, — tum Eupolis, apud quem Prodamus et musicam et litteras docet. Hinc Meursius fabulam Eupolidis, *Πρόδαμος* inscriptam, finxit.

11 XI.

Photius v. *τρία καὶ δύο* II. p. 599. Athenaeus X. p. 426 F. Eustathius ad Homeri Odyss. *ι.* p. 1624, 44. *τρία καὶ δύο· ἐπὶ τῆς κράσεως τοῦ οἴνου. — Εὔπολις Αἰξίν*

Διόνυσε χαῖρε, μήτι πέντε καὶ δύο;

Eustathius *μήτοι. πέντε ὕδατος* et *δύο οἴνου* miscebantur.

12 XII.

Scholiasta Aristophanis Vesp. 897. *ἐκτείνουσι καὶ τὸ ὁ ἄρθρον. Εὔπολις Αἰξίν*

Τὴν πανδοκευτρίαν γὰρ ἀνὴρ ὁ γλήμων ἔχει.

Ἀνὴρ deleri voluit Porsonus ad Aristoph. Vesp. l. l.

13 XIII.

Pollux IV, 8, 57. sine fabulae nomine, Suidas v. *ἁρμογή* I. p. 333. *Τὴν ἁρμονίαν ἁρμογὴν Εὔπολις Αἰξὶν εἴρηκε,*

Ταύτην ἐγὼ 'ζήτουν πάλαι τὴν ἁρμογήν.

Sic e Suida correxi, quum Pollux *πάλαι ζητῶν* haberet.

14 XIV.

Athenaeus IX. p. 380 F. *τὸ γεῦσαι ἔχομεν ἐν Εὐπόλιδι ἐν Αἰξί*

Τοῦδε νῦν γεῦσαι λαβών.

Occurrit apud Aristophanem quoque Acharn. 188. 191.

15 XV.

Athenaeus III. p. 106 B. *καρίδας συνεσταλμένως εἴρηκεν Εὔπολις ἐν Αἰξὶν οὕτως*

Πλὴν

Ἅπαξ πότ' ἐν Φαίακος ἔφαγον καρίδας.

In Phaeacis domo, cf. Elmsleius ad Aristoph. Acharn. 1222. Phaeax filius Erasistrati Athenis nobilis fuit orator, floruit circa Olymp. LXXXIX., cuius anno secundo legatum eum in Italiam et Siciliam missum fuisse e Thu-

ydide V, 4. constat. cf. Aristoph. Eq. 1374. et ibi Schol. Plutarch. Alcib. 13. Suid. s. v. Valckenaer. in Sluiteri ect. Andocid. I. p. 18 ss. Ruhnken. Hist. crit. orat. Gr. p. LI ss.

XVI. 16

Priscianus XVIII. c. 1193, 33.

Προσένεγκε μοὐγγὺς τὸ στόμ' ὀσφρέσθαι τὸ σόν.

Hoc fragmentum in sola exstat Putschiana, ubi *μοι ἐγγύς* — *ὀσφραίνεσθαι* legitur, quae emendavit Elmsleius ad Aristoph. Acharn. 179., probatum a Dobreeo ad Aristoph. Plut. 1021.

XVII. 17

Saidas v. *χρή* III. p. 683. *χρή* — *περισπωμένως*, — *σημαίνει δὲ τὸ δέη. Εὔπολις Αἰξίν*

Ἐγὼ τελῶ τὸν μισθὸν, ὅν τιν' ἂν χρῇ.

Küsteri *χρέῃ* mihi improbandum videtur, de metro tamen quod statuam non habeo.

XVIII. 18.

Erotianus s. v. p. 348.: *σελαχίοισι*, *μικροῖς ἰχθυδίοις.* — *μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Εὔπολις ἐν Αἰξὶν, λέγων*

Ὡς ἤ ποτ' αὐτὸν ἦν κάμῃ τις, εὐθέως ἐρεῖ
Πρὸς αὐτὸν, πρίω μοι σελάχιον· τί δ', ἢν λύκον
Κεκράξεται, φρασεῖ τε πρὸς τὸν αἰπόλον;

1. Initium versus corruptum, ut et in v. 2. Vulgo *πρίονοι*, quod emendavit Meinekius Cur. crit. p. 60., et iam antea Bartholom. Eustachius in Erotiani conversione p. 107 A. (Venet. 1566.) *πρίω μοι σελ.* citant ex Eupolide Etymol. M. c. 132, 50. et Herodianus p. 453. Piers.; *πρίω*, quod Acharnensibus tribuit Scholiasta Aristoph. Ach. 34., omnino atticum dicit Elmsleius ad Aristoph. l. l. 3. Vulgatam *φρασεῖται* correxit Meinekius l. l. cf. Porson. Advv. p. 286. Huc respicit Photius II. p. 505. *σελάχια βραχέως, οὕτως Εὔπολις.*

XIX. 19

Stephanus Byzant. v. *ἄντρον* p. 140 D. *εὕρηται καὶ*

ἀντραῖος ὡς Εὔπολις Αἶξίν. Vulgo *Εὐριπίδης*, emendavit Meinekius Quaest. scen. I. p. 41.

20 XX.

Photius I. p. 43. *ἔφιππον. Εὔπολις Αἶξίν.*

21 XXI.

Athenaeus III. p. 94 F. *χορδῶν μέμνηται — καὶ Εὔπολις ἐν Αἶξίν.*

22 XXII.

Athenaeus VII. p. 287 E. *βεμβράδες. — ἐν δὲ ταῖς Εὐπόλιδος Αἶξιν ἔστιν εὑρεῖν καὶ διὰ τοῦ μ̄ γραφόμενον.*

23 XXIII.

Pollux VII, 5, 22. *νεάκοπον κάρδοπον εἴρηκεν Εὔπολις τὴν νεωστὶ κεκομμένην.* Eadem dicit X, 24, 102., ubi fabulae titulum adiicit.

24 XXIV.

Pollux X, 32, 151. *βαλαντίδια, ὡς ἐν Αἶξὶν Εὔπολις.*

25 XXV.

Antiatticista p. 83. *βίος, περὶ συνουσίας. Εὔπολις Αἶξίν. περιουσίας* Meinekius ad Menandr. p. 46. *οὐσίας* Albertius apud Wesseling. Diss. Herodot. 5. p. 44.

26 XXVI.

Antiatticista p. 84. *βουκολεῖσθαι αἶγας. Εὔπολις Αἶξίν.* cf. ad Eurip. Phoeniss. 28.

27 XXVII.

Antiatticista p. 91. *ἐλελήθεισαν, μετὰ τῆς θᾶ. Εὔπολις Αἶξίν.* Lobeckius ad Phrynich. p. 150. *ἐληλύθεισαν — ει* coniecit.

28 XXVIII.

Antiatticista p. 92. *ἐλεινόν. Εὔπολις Αἶξίν.*

ΑΣΤΡΑΤΕΥΤΟΙ Η ΑΝΔΡΟΓΥΝΑΙ.

Hunc plenum fabulae titulum servavit Suidas v. *Εὔπολις* I. p. 903., e quo satis eius argumentum apparet. Homines militiam detrectantes, et mollitiei deditos irrisit poeta, quod e fragmentis de Pisandro et Melanthio constat. cf. Arnaldus ad Hephaest. p. 98 s. Gaisf. Fabula commissa fuit Olymp. LXXXVIII, 4., cf. Clintoni fast. Hellen. p. 73.

I. 29

Scholiasta Aristophanis Av. 1555. *Πείσανδρος δειλὸς ἦν, — ὡς Εὔπολις ἐν Ἀστρατεύτοις,*

Πείσανδρος εἰς Πακτωλὸν ἐστρατεύετο,
Κἀνταῦθα τῆς στρατιᾶς κάκιστος ἦν ἀνήρ.

2. Vulgo *τῆς σῆς στρατείας*, Arnaldus ad Hephaest. p. 99. *τῆς ὅλης στρατιᾶς*, Toupius Emm. in Suid. P. III. p. 352. *τῆς πάσης στρατιᾶς*, cf. eundem epist. crit. p. 87., bene *σῆς* delevit Porsonus Append. in Toup. P. IV. p. 467. probatum a Meinekio Q. sc. II. p. 21.

II. 30

Scholiasta Aristophanis Pac. 808.: *Ὅτι γὰρ ὁ Μελάνθιος ὀψοφάγος, προείρηται καὶ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις.* Cf. de eo Elmsleius ad Eurip. Med. p. 98. Oxon. et Clintonus fast. Hellen. Praef. p. XXXIII. not.

III. 31

Diogenes Laertius I. p. 190 s. H. St.: *Εὔπολις ἐν Ἀστρατεύτοις,*

Ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ.

IV. 32

Athenaeus IX. p. 397 B. C., ubi de pavone agit,

adiicit: *Εὔπολις δ᾿ ἐν Ἀστρατεύτοις φησὶ περὶ αὐτοῦ οὕτως*

Μή ποτε θρέψω
Παρὰ Φερσεφόνῃ τοιόνδε ταῶν, ὃς τοὺς εὕδοντας ἐγείρει.

Trypho apud Athenaeum p. 397 E. animadvertit, ab aliis *ταῶν* scribi, quam scripturam Dindorfius in contextum recepit, qui praeterea fragmentum in anapaestos digessit.

33 V.

Συναγωγὴ λέξ. χρησ. v. *ἀχράδας* p. 475.: *ἀχράδας τὰς ἀχέρδους λέγουσιν. Εὔπολις Ἀστρατεύτοις·*

Οἳ πεπείρους ἀχράδας
Πρὸς τῇ συκίδι προσέτως.

Vocabulum ultimum corruptum reliqui, in quo verbum latet.

34 VI.

Hephaestio p. 96. *Εὔπολις δὲ ἐν τοῖς Ἀστρατεύτοις καὶ ἀτακτοτάτως συνέθηκε τὸ εἶδος* (metri Cratinei). *πῇ μὲν γὰρ τοιαῦτα ποιεῖ,*

Ἄνδρες ἑταῖροι, δεῦρο δὴ τὴν γνώμην προσίσχετε,
Εἰ δυνατὸν, καὶ μή τι μεῖζον πράττουσα τυγχάνει.

πῇ δὲ τοιαῦτα,

Καὶ ξυνεγιγνόμην ἀεὶ τοῖς ἀγαθοῖς φάγροισιν·

— *πῇ δὲ καὶ ἄλλοις ἐχρήσατο λίαν ἀτάκτοις σχήμασι.*

Haec e parabasi desumpta esse ostendit ipse Hephaestio p. 109. *ἀρκέσει τοῦτο δεῖξαι ἡ παράβασις ἡ ἐν τοῖς Ἀστρατεύτοις Εὐπόλιδος πᾶσα.* De metro plura dixit Hermannus E. D. M. III, 5. p. 583 s., qui versum ultimum plane alius metri esse docuit. 1. Vulgo *δεῦρ᾿ ἤδη*, emendavit Hermannus. 3. Gaisfordius *ξυνεγεινόμην*, ut Valckenaerius ad Eurip. Phoen. 360. p. 128., sed cf. Schaeferus ad Schol. Apollon. Rhod. p. 165. et Hermannus l. l. *φάγροι* pisces delicati, de quibus multa Athenaeus VII. p. 327 C. — E.

VII. 35

Etymol. M. v. ἀφαδός c. 174, 52.: ἀφαδία, ἡ ἀπαρέσκουσα ἔχθρα. Εὔπολις Ἀνδρογύναις·

Δοκῶ μοι νῦν ὁρᾶν ἀφαδίαν.

δ
Vulgo ἐν Δραπέταις, Ms. Dorvill. αν, unde veram lectionem eruit Gaisfordius ad Hesiodi Theog. 709., quam Meinekius Quaest. scen. I. p. 41. probavit. Cf. Hesychius I. c. 633.

Praeterea in Scholiasta Victoriano ad Homeri Iliadem in Heynii editione t. VI. p. 645. haec leguntur: καὶ ὁ Λυσίας τὸν Ἰφικράτην ποιεῖ λέγοντα· τραύματα ἔχω οὐχ ἑτέρων ἐπ' ἐμὲ ἐρχομένων, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιών· * * * ἀνδρογυνής * * * καὶ ἔτ' ὀλίγα τραύματα ἐξόπισθεν ἔχων, τῆς δειλίας σημεῖα, καὶ οὐχὶ τοῦ θράσους. Heynius haec omnia Lysiae tribuit, sed bene Meinekius Cur. crit. p. 33 s. perspexit, ultima senarios poetae esse, qui μετ' ὀλίγα coniecit. Mihi Ἀνδρογύναις videtur rescribendum, et poetae nomen lacunae inserendum, ita ut fragmentum tale sit:

Κἄτ' ὀλίγα τραύματ' ἐξόπισθ' ἔχων,
Τῆς δειλίας σημεῖα, κοὐχὶ τοῦ θράσους.

ΑΥΤΟΛΥΚΟΣ Α et Β.

Eupolis Autolycum irrisit, filium Lyconis et Rhodiae (cf. fragmentum e *Πόλεσι* apud Scholiastam ad Aristoph. Lysistr. 270.), qui Calliae, Hipponici filio, in deliciis fuit, Maximus Tyr. XXVI, 8., puer maxime venustus, ut e Xenophontis Symposio I, 9. et Athenaeo V. p. 187 F. 188 A. constat. Is in Panathenaeis magnis quinquertio vicit, Plinius H. N. XXXIV, 17., in cuius honorem Callias maximum convivium apparavit, a Xenophonte descriptum, et quidem Olymp. LXXXIX, 4. Eodem anno hanc fabulam docuisse dicitur poeta ab Athenaeo V. p. 216 E. *ἐπὶ τούτου (Ἀριστίωνος ἄρχοντος) Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον διδάξας διὰ Δημοστράτου χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου.* Unde fieri nequit, ut Aristophanes in Vespis, eiusdem Olympiadis anno secundo actis, hanc fabulam perstrinxerit, quod Scholiasta ad Aristoph. Vesp. 1020. ait. Sed aliud etiam Athenaeo adversatur, victoriam enim in Panathenaeis magnis reportavit Autolycus, quae Scirrophorionis die vigesimo celebrabantur, anni quarti cuiusque Olympiadis, cf. Boeckh. de trag. gr. princ. 15. p. 203., ita ut Eupolis de victoria illa in *Αὐτολύκῳ*, vel Lenaeis, vel Dionysiis *ἐν ἄστει* commisso, loqui non potuerit, qui dies festi aliquot menses ante Panathenaea agebantur. Recte iam Meinekius Quaest. scen. I. p. 42. huic dubitationi ita occurrendum animadvertit, ut victoria in altera fabulae recensione commemorata fuerit, de qua praeter alios grammaticos infra laudandos Galenus Opp. t. V. p. 38. Basil. (t. XI. p. 3. Chart.) ait, *παράδειγμα δ' εἰ βούλει τούτου σαφηνείας*

ἕνεκα, τὸν δεύτερον Αὐτόλυκον Εὐπόλιδος ἔχεις ἐκ τοῦ προτέρου διεσκευασμένον. Haec fabulae diasceuasis ante Olymp. XCII, 1. commissa esse non potuit, cf. fr. 40., quare Meinekius l. l. poetam de victoria in ea locutum esse diserte opinatur, et ob ipsam illam *νίκην* fabulam mutatam fuisse credam, ut Calliam eiusque amores rursus irrideret, cui Eupolin maxime infestum e permultis fragmentis constat. *Αὐτόλυκος α'* Olymp. LXXXIX, 4., *β'* circa Olymp. XCII, 1. actus fuit, cf. Clintoni fast. Hellen. p. 73. Ipse fragmenta ita digessi, ut primum ea, quae cum recensionis commemoratione proferuntur, posita inveniantur.

I. 36

Scholiasta Aristophanis Vesp. 1020., ubi poeta ait: *οὐδ' εἴ τις ἐραστὴς, κωμῳδεῖσθαι παιδίχ' ἑαυτοῦ μισῶν ἔσπευδε πρὸς αὐτὸν, οὐδενί πώποτέ φησι πιθέσθαι: δι' Εὔπολιν ἐν Αὐτολύκῳ δὲ ταῦτά φησι.* Scholiastam falli supra iam monui, cui non semper auctoritatem tribuendam esse alias etiam videbimus.

II. 37

Scholiasta Platonis p. 332. Lyconem, Autolyci patrem, ut *ξένον* perstrinxit in *Αὐτολύκῳ α'*. Is inter Socratis accusatores fuit, Maximus Tyr. IX, 3.

III. 38

Pollux VII, 33, 202. *τὸ πορνεύεσθαι ῥῆμα ἐν τῷ πρώτῳ Εὐπόλιδος Αὐτολύκῳ.*

IV. 39

Scholiasta Aristophanis Nub. 109. *Λεωγόρας, τρύφερός τις, ὁ Ἀνδοκίδου πατήρ. Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ β' ὡς καὶ διὰ Μυῤῥίναν ἑταίραν τὰ χρήματα ἀποβέβληκέ φησιν.* Eadem dicit Suidas v. *φασιανοί* III. p. 583. cf. Sluiteri lect. Andocid. I. p. 11.

V. 40

Scholiasta Victorianus ad Homeri Iliadem in Heyniana editione t. VI. p. 646. *Εὔπολις Αὐτολύκοις*

Ἤδη γὰρ Ἀρίσταρχον στρατηγοῦντ' ἄχθομαι.

Aristarchus praefectus fuit anno primo Olympiadis XCII., cf. Thucyd. VIII, 98. Xenoph. Hell. II, 3, 46., quare hic versus e secunda recensione petitus iure videtur Meinekio Quaest. scen. I. p. 42.

41 VI.

Zonaras v. *διέφθορε* I. c. 548. *διέφθορε· οὐ τὸ διέφθαρται δηλοῖ παρὰ Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ διέφθαρκεν. Εὔπολις — ἐν Αὐτολύκῳ,*

Ὅτι τὰ πατρῷα πρός σε καταδιέφθορα.

Fortasse verba Leogorae ad meretricem Myrrhinem, cf. fr. 39. et Athen. XIII. p. 590 C. D. *τὰ πατρῷα,* Andocidis fortunas, de quo Sluiterus l. l. p. 10 s.

42 VII.

Photius v. *φιτῦσαι* II. p. 650. Suidas v. ead. III. p. 615. Etym. M. c. 795, 33. Scholiasta Aristoph. Pac. 1164. Scholiasta Platon. p. 445.: *φιτῦσαι — λέγεται δὲ τὸ γέννημα φῖτυ· Εὔπολις Αὐτολύκῳ*

Ἀτὰρ ἤγαγες καινὸν φῖτυ τῶν βοῶν.

Sic Photius, Scholiasta Platonis, et Etymologus M., *φίτυμα* Scholiasta Aristophanis et Suidas, qui *κενόν* habet. *Καινόν τι φῖτυ* Elmsleius apud Blomfieldum Glossar. in Aeschyli Prometh. 241., *κ. τὸ φῖτυ* Porsonus in editione Photii, et Blomfieldus ipse.

43 VIII.

Suidas v. *ἀνεκάς* I. p. 193. *Συναγωγὴ λέξ. χρησ.* v. ead. p. 395. *ἀνεκὰς, ψιλῶς τὸ ἄνω λέγουσι. — Εὔπολις Αὐτολύκῳ*

Ἀνεκάς τ' ἐπήρω καὶ βδελυρὸς σὺ τὸ σκέλος.

In *συναγωγῇ ἕκαστ' ἐπαίρω* legitur.

44 IX.

Etymol. M. c. 399, 17. *Εὐτρήσιος, παρὰ τὸ τετρῆσθαι τὸν Αὐτόλυκον ὁ Εὔπολις σκώπτει.* Hic sensum obscenum latere credit Meinekius Quaest. scen. I. p. 41 s., ut significare voluerit poeta Autolycum perforatum vel muliebria passum fuisse.

X. 45

Athenaeus IX. p. 368 D. *καὶ κωλῆνα δὲ λέγουσι καὶ κωλῆν. Εὔπολις Αὐτολύκῳ*

Σκέλη δὲ καὶ κωλῆνες εὐθύτου ’ρίφου.

MSSti *εὐθὺ τοῦ ῥύφου,* probata a Schneidero Lex. Gr. v. *ῥόφος,* Casauboniana *εὐθὺ τοῦ ῥόθου,* Iacobsii Add. p. 198. emendationem Dindorfius merito probavit.

XI. 46

Pollux IX, 5, 30. *τὸ τέλος, ἐλλιμένιον, ὡς Εὔπολις Αὐτολύκῳ*

Ἐλλιμένιον ὃ δοῦναι πρὶν εἰσβῆναί σε δεῖ.

Portorium, quod solvendum est, priusquam navem conscendas. cf. Boeckh. Oecon. Att. t. I. p. 343 s.

XII. 47

Pollux X, 9, 45. *τῇ γυναικὶ σκάφιον, ὡς ἐν Αὐτολύκῳ Εὔπολις,*

Τί δῆτ' ἂν, εἰ μὴ τὸ σκάφιον αὐτῇ παρῆν;

XIII. 48

Pollux X, 36, 161. *Καλιός — ἐν δὲ Εὐπόλιδος Αὐτολύκῳ*

Οἰκοῦσι δ' ἐνθάδ' ἐν τρισὶν καλιδίοις,
Οἴκημ' ἔχων ἕκαστος.

XIV. 49

Scholiasta Platonis p. 331. Nicostratus, Aristophanis filius, ob imaginem colossalem Pacis irridebatur ab Eupolide *ἐν Αὐτολύκῳ.* Hinc suspicor per illos, qui in fragmento antecedente tres parvas domos tenere dicuntur, Aristophanis filios tres, Ararotem, Philippum et Nicostratum significari, de quibus cf. Clintoni fastos Hellen. Praef. p. XLII not.

XV. 50

Pollux X, 11, 47. *δίφροι Θετταλικοὶ, ὡς ἐν Αὐτολύκῳ Εὐπόλιδος*

Δίφρος Θετταλικὸς τετράπους.

XVI. 51

Scholiasta Aristophanis Nub. 253. *τὰ μηδενὸς ἄξια*

καπνοὺς καὶ σκιὰς καὶ νεφέλας ὀνομάζομεν. Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ

Καπνοὺς ἀποφαίνει καὶ σκιάς.

Cf. Monkius ad Eurip. Hippol. 958. p. 119.

52 XVII.

Athenaeus III. p. 89 F. *τὰς δὲ κνίδας ὁ Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ ἀκαλήφας ὀνομάζει.*

53 XVIII.

Suidas s. v. I. p. 185. *ἀναφλασμοὶ, τὰ ἀφροδίσια. Εὔπολις Αὐτολύκῳ.*

54 XIX.

Harpocratio p. 67. *ἐπίπεμπτον εἰώθασι λέγειν τὸ πέμπτον, ὡς καὶ Εὔπολις Αὐτολύκῳ.*

55 XX.

Συναγωγὴ λέξ. χρησ. p. 447. *ἀῤῥωστήμων. Εὔπολις Αὐτολύκῳ.*

56 XXI.

Antiatticista p. 83. *ἀπρασία. Εὔπολις Αὐτολύκῳ.*

57 XXII.

Antiatticista p. 84. *βιασμός. Εὔπολις Αὐτολύκῳ.*

58 XXIII.

Antiatticista p. 109. *νουθέτησιν. Εὔπολις Αὐτολύκῳ.*

ΒΑΠΤΑΙ.

Haec fabula Alcibiadis eiusque amicorum libidinem effrenatam acerbe perstrinxit, ita ut poetam ob eam in mare proiectum fuisse vulgo creditum fuerit; Cicero ad Att. VI, 1.: quis enim non dixit *Εὔπολιν, τὸν τῆς ἀρχαίας*, ab Alcibiade navigante in Siciliam deiectum esse in mare? redarguit Eratosthenes, affert enim quas ille post id tempus fabulas docuerit. num idcirco Duris Samius, homo in historia diligens, quod cum multis erravit, irridetur? Platonius *π. διαφ. κωμῳδ.* p. XXXIII. *ἴσμεν γοῦν τὸν Εὔπολιν ἐπὶ τῷ διδάξαι τοὺς Βάπτας ἀποπνιγέντα εἰς τὴν θάλασσαν ὑπ' ἐκείνων, εἰς οὓς καθῆκε τὸ δρᾶμα.* Themistius Orat. 8. p. 110 B. *Ἀλκιβιάδης δὲ ὁ Κλεινίου καὶ ταῦτα στρατηγὸς ὢν αἱρετὸς οὐχ οὕτως ἀπεμνημόνευσεν Εὐπόλιδι τῷ κωμῳδοδιδασκάλῳ τοὺς Βάπτας.* Scholiasta Iuvenalis II, 92. Baptae ergo molles, quo titulo Eupolis comoediam scripsit, ob quam ab Alcibiade, quem imprimis perstrinxerat, necatus est; ubi Georgius Valla addit: Alcibiades — dicens, ut tu me in theatris madefecisti, nunc ego te in mari madefaciam. Scholiasta Aristidis in Iacobsii Anthol. Palat. t. III. p. 667. t. III. p. 444. Dind. *Ἄλλοι δὲ λέγουσιν ὅτι ἐκωμῴδουν ὀνομαστὶ τοὺς ἄνδρας μέχρις Εὐπόλιδος· περιεῖλε δὲ τοῦτο Ἀλκιβιάδης ὁ στρατηγὸς καὶ ῥήτωρ. Κωμῳδηθεὶς γὰρ παρὰ Εὐπόλιδος ἔῤῥιψεν αὐτὸν ἐν τῇ θαλάττῃ ἐν Σικελίᾳ συστρατευόμενον, εἰπών·*

Βάπτες μ' ἐν θυμέλῃσιν, ἐγὼ δὲ σὲ κύμασι πόντου
Βαπτίζων ὀλέσω νάμασι πικροτάτοις.

(Vulgo *βάπτε με*, pro quo *βάπτεις* Iacobsius, sed *βάπτες* Meinekius Quaest. scen. I. p. 43.). Certum est igitur,

hanc fabulam paulo ante expeditionem Atheniensium in Siciliam, Olymp. XCI, 1., in scenam commissam fuisse, et quidem, ut bene Meinekius Quaest. scen. I. p. 48. contendit, tribus ante eam mensibus, Dionysiis ἐν ἄστει. Quomodo vero Eupolis Alcibiadem perstrinxerit, e titulo fabulae et Iuvenalis loco Sat. II, 91 s. apparet, qui ait: talia secreta coluerunt orgia taeda Cecropiam soliti Baptae lassare Cotytto, ubi Scholiasta adnotat: Baptae titulus libri, quo impudici describuntur ab Eupolide, qui inducit viros Athenienses ad imitationem feminarum saltantes lassare [a] psaltriam. Eam fuisse Cotytto, deam impudicitiae, suspicor, quae meretricis habitu producta fuit, eiusque sacra turpissima Alcibiades cum sociis noctu imitatus est. De titulo ipso multum dubitatum est. Gesnerus ad Lucian. adv. indoctum 27. et Lobeckius de morte Bacchi P. II. p. 12. Baptas sacerdotes Cotyttus ab Atheniensibus, ut volunt, cultae, credunt, sed Cotyttia Athenis recepta non fuisse recte vidit Buttmannus, et Struvius Obss. crit. P. XIII. p. 15. nihil de tali sacerdotum collegio constare animadvertit, neque sacra illa feminarum a viris administrari potuisse. Ipse Baptas viros molles Cotyttia sacra habitu muliebri imitantes fuisse coniecit, id quod alii iam voluisse videntur, qui eos *βάπτας* a fuco et tincturis vocatos dixerunt. Meliora primus vidit Buttmannus diss. de Cotyttiis et Baptis, quae commentationibus academ. Berol. a. 1822. p. 213—220. inserta est, et post eum Meinekius Quaest. scen. I. p. 45 s. (In multis eadem probat Lucas in Eupolide p. 98 s.). Illi credunt, Eupolin viros introduxisse, qui muliebri ritu inter alias ceremonias, a cultu Cotyttus desumptas, *lotionibus*, *βάμμασι* sacris utebantur, iisque

---

a *lassare* Buttmannus cum aliis interpretatur frequenti prece invocare, Meinekius Q. sc. p. 43 s. not. fatigare strepitu cymbalorum intelligit; sed nondum me poenitet coniecturae alibi a me propositae, per *lassare* significari *subigere*, ut Messalina a Iuvenale VI, 130. *lassata viris* dicitur.

Alcibiadem lustrarent et orgiis initiarent. cf. Lucianus adv. indoct. 27. *τὸν Εὔπολιν ὑποδέδυκας; ἀνέγνως καὶ τοὺς* (perperam vulgo *τάς*) *Βάπτας; τὸ δρᾶμα ὅλον; εἶτ' οὐδέν σου κἀκεῖ καθίκετο, οὐδ' ἠρυθρίασας γνωρίσας αὐτά;* lege Politian. Miscell. c. X. Haec sententia quum videtur aptissima tum tituli ipsius rationem reddit maxime verisimilem. Buttmannus tamen non imitationem sacrorum Cotyttiorum, sed Eleusiniorum, ab Alcibiade ridicule in conviviis nocturnis cum sociis factam, in scena exhibitam credit, ita ut Cotyttus nomen pro Cerere posuerit. Quam coniecturam Meinekius p. 46 s. temporum rationibus refellit, quum mysteriorum profanatio in fabula ante expeditionem Siculam acta omnino nullo modo exhiberi potuerit.

I. 59

Hesychius s. v. II. c. 331. *Κοτυττώ· ὁ μὲν Εὔπολις κατ' ἔχθος τὸ πρὸς τοὺς Κορινθίους φορτικόν τινα δαίμονα διατίθεται.* Eadem, ut videtur, cum dea, quae a Suida vv. *Θιασώτης* et *Κότυς* memoratur, quae et a Thracibus secundum Strabonem X. p. 470. colebatur. Omnia de ea collegit Buttmannus in dissertatione supra allata. Meinekius Quaest. scen. I. p. 44. ait: „haud levis oritur suspicio, Eupolidi praeter Alcibiadis irrisionem etiam hoc fuisse propositum, ut flagitiosam Corinthiorum, apud quos summa fuit Cotyttiorum sanctimonia, libidinem taxaret, eoque ipso Cotyttia sacra in contemptum adduceret, et ne Athenis reciperentur caveret.“ Hanc e Iuvenale, collatis verbis Scholiastae, in scenam ut meretricem vel psaltriam productam credo, quam lassarunt Baptae effeminati.

II. 60

Scholiasta Apollonii Rhod. IV, 144. *Εὔπολις ἐν Βάπταις·*

Ὦ ῥύμβοισι μαστίξας ἐμέ.

Ob hanc vocem citant Scholiasta Apollon. Rhod. I. 1139. Etymol. M. c. 706, 30. Eustathius ad Homeri Odyss. *α.*

p. 1378, 47. Photius II. p. 491. *ῥύμβος·* (vulgo *ῥόμβος*) *ὃ ἔχουσιν οἱ ἐπιθειάζοντες ὡς τύμπανον. οὕτως Εὔπολις.* cf. Hesychius II. c. 1121. Horum tympanorum strepitu Baptas deam suam obtundisse coniicit Meinekius p. 43 s. not.

61 III.

Athenaeus IV. p. 183 F. *τρίγωνος.* — *Εὔπολις δ' ἐν Βάπταις φησὶν*

Ὃς καλῶς μὲν τυμπανίζει,
Καὶ διαψάλλει τριγώνοις.

Sic digerendi sunt hi versus in dimetros trochaicos, cf. Hermannus E. D. M. II, 9. p. 90.

62 IV.

Priscianus de metr. com. c. 1328. t. II. p. 415. Eupolis *Βάπταις* quum in aliis iambis eiusdem fabulae recta est observatione metrorum usus, hos tamen posuit in fine habentes spondeos,

Ἀνόσια πάσχω ταῦτα, ναὶ μὰ τὰς νύμφας. —
B. *Πολλοὶ μὲν οὖν δίκαια, ναὶ μὰ τὰς κράμβας.*

Verba *ναὶ μὰ τὰς κρ.* affert Athenaeus IX. p. 370 B.; Priscianum vel Heliodorum potius falli ostendit fragmentum Ananiae ab Athenaeo ibidem allatum, in quo eadem occurrit exclamatio. cf. Hermann. E. D. M. I, 10. p. 47 s.

63 V.

Herodianus *π. μονήρ. λέξ.* p. 6. *ἀμυγδαλῆ.* — *Εὔπολις Βάπταις·*

Ἀλλ' ἐξομελεῖς με, ναὶ μὰ τὴν ἀμυγδαλῆν.

Videtur legendum: *ἀλλ' ἐξολεῖς.* Athenaeus II. p. 53 A. verba *ἀπολεῖς με ναὶ μὰ τ. ἀμ.* ex Eupolide affert, ubi *ἀλλ' ἐξαπολεῖς* Dindorfius coniecit.

64 VI.

Ioannes Alexandr. de accent. p. 36. *τὸ σαβαὶ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Βάπταις, τὸ δὲ εὐαὶ παρὰ τῷ αὐτῷ ὀξύνεται·*

Εὐαί, σαβαί.

Meinekius Q. scen. I. p. 46. *αἰβοῖ, σαβαῖ* citat. cf. Hesychius vv. *σαβάζειν* et *σάβος* II. c. 1134.

VII. 65

Ammonius v. ὑπάγειν p. 140. Thomas Mag. p. 867. Anecdota Bachmanni t. II. p. 375. Εὔπολις Βάπταις·

Σὺ δ' ὕπαγ' εἰς τοὔμπροσθεν.

VIII. 66

Scholiasta Aristophanis Nub. 552., et partim ad v. 540. et 1288. Εὔπολις ἐν τοῖς Βάπταις τοὐναντίον φησὶν, ὅτι συνεποίησεν Ἀριστοφάνει τοὺς Ἱππεῖς, λέγει δὲ τὴν τελευταίαν παράβασιν. φησί δὲ,

Κἀκείνους τοὺς Ἱππέας
Συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην.

Sic Hermannus ad Scholiastam, Porsonus Advv. p. 286. et Meinekius ad Menandr. p. 259., qui antea in cur. crit. p. 63. not. aliam proposuerat coniecturam. Aldina habet ἀδωρησάμην.

IX. 67

Scholiasta Aristophanis Ran. 421. Ἀρχέδημος ὡς ξένος κωμῳδεῖται. καὶ Εὔπολις Βάπταις

Ἐπιχώριός ἐστι, καὶ ξένης ἀπὸ χθονός.

Cf. de eo Scholiastam ad v. 419.

X. 68

Suidas v. ἀτρύφερος I. p. 375. Συναγωγὴ λέξ. χρ. p. 460. ἀτρύφερος. ἡ λέξις ἐν Βάπταις Εὐπόλιδος·

Ὅτι οὐκ ἀτρύφερος, οὔτ' ἄωρός ἐστ' ἀνήρ.

XI. 69

Συναγωγὴ λέξ. χρησ. p. 377 s. ἀλλὰ γάρ· ἀντὶ τοῦ δέ. Εὔπολις Βάπταις

Ἀναρίστητος ὢν
Κοὐδὲν βεβρωκὼς, ἀλλὰ γὰρ
Στέφανον ἔχων.

Suidas s. v. t. I. p. 97. ex Eupolide voces ἀλλὰ γάρ affert. Cf. Porsoni tracts and miscell. crit. p. 285.

XII. 70

Scholiasta Aristophanis Pac. 1243. ὅτι χαλκοῦν ἦν (τὸ τοῦ κοττάβου ἀγγεῖον) Εὔπολις ἐν Βάπταις λέγει

Χαλκῷ περὶ κοττάβῳ.

71 XIII.

Pollux X, 23, 91. κοίτην, ὡς ἐν τοῖς Βάπταις Εὐπόλιδος,

Ἀλλὰ τὰς κοίτας γ' ἔχουσι πλουσίως σεσαγμένας.

Vulgo ante Hemsterhusium ἀλλὰ καὶ τ. κ. οὐκ ἔχ., cuius restitutionem probavit Bentleius epist. sec. ad Hemsterhus. p. 100. Tamen non ex omni parte haec mihi placet emendatio.

72 XIV.

Hephaestio p. 27., ubi de divisione vocabuli inter duos versus loquitur, Εὔπολις Βάπταις

Ἀλλ' οὐχὶ δύνατόν ἐστιν· οὐ γὰρ ἀλλὰ προ-
Βούλευμα βαστάζουσι τῆς πόλεως μέγα.

Vulgatam γὰρ ἄλλα Bentleius ad Callimach. fr. XCII. emendavit. cf. Porson. Append. in Toup. P. IV, p. 501. Hermann, E. D. M. II, 14. p. 140.

73 XV.

Hesychius s. v. I. c. 703. Βάστας ὁ Χῖος. Δημοκρίτου ἐπώνυμον, καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν Βάπταις. ἔστι δὲ ἱστοριογράφος.

Lucianus ψευδολογ. 3. καὶ δόξαν οὐ μικρὰν ἔχεις ἐπ' αὐτοῖς, ὑπὲρ τὸν Ἀριφράδην, — ὑπὲρ τὸν Χῖον ἐκεῖνον Βάσταν. Hemsterhusius ad Hesychium intelligit musicum Chium, de quo Diogenes Laert. IX, 49.

74 XVI.

Scholiasta Aristophanis Vesp. 685. τὸν Χαιρέαν Εὔπολις ἐν Βάπταις ὡς ξένον κωμῳδεῖ.

75 XVII.

Scholiasta Aristophanis Plut. 884. δακτύλιον τὸν λεγόμενον φαρμακίτην Εὔπολις Βάπταις μέμνηται. Hesychius I. c. 879 s. Δακτύλιος φαρμακίτης, ὃν οἱ φαρμακοπῶλαι εἰώθασι πιπράσκειν ἀντὶ φαρμάκου.

76 XVIII.

Harpocratio p. 136. ὅτι τοὺς τοιούτους ἐκάλουν παλιναιρέτους καὶ τοὺς ἀποχειροτονηθέντας τὴν ἀρχὴν

καὶ πάλιν χειροτονηθέντας Εὔπολίς τε ἐν Βάπταις δηλοῖ καὶ Ἄρχιππος ἐν τοῖς Ἰχθύσι λέγων,

αἱρουμένους τε πραγμάτων
Ἐπιστάτας ἀποδοκιμάζειν αὖ πάλιν.
Ἢν οὖν ποιῶμεν ταῦτα, κίνδυνος λαθεῖν
Ἁπαξάπαντας γενομένους παλιναιρέτους.

Archippi fragmentum vulgo male erat digestum, in quo *αὖ* ob metrum inserui, sic Aristophanes Nub. 975. *εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις,* Sophocles Oed. Colon. 1420. Philoct. 940. *αὖθις αὖ πάλιν.*

XIX. 77

Pollux VII, 27, 123. *κάπνην Εὔπολις εἴρηκεν ἐν Βάπταις.*

ΔΗΜΟΙ.

Administrationem reipublicae perversam post Periclis mortem fabula delineavit, in qua actores introducti erant Miltiades, Aristides, Solon, Pericles, Pisistratus, Myronides, ex inferis excitati. Acta fuisse videtur versus finem Olymp. XCI.; omnia e fragmentis clariora fient.

78 I.

Aristides Orat. Platon. II. t. II. p. 300. Dind. (t. II. p. 228. Iebb.) *ὥσπερ τῶν κωμικῶν τις ἐποίησε τέτταρας τῶν προεστώτων ἀνεστῶτας, ἐν οἷς δύο τούτων ἔνεισιν*, scilicet Miltiades et Pericles. Ubi Scholiasta t. III. p. 672. Dind. *Εὔπολις ἐποίησεν ἀναστάντα τὸν Μιλτιάδην καὶ Ἀριστείδην καὶ Σόλωνα καὶ Περικλέα. ἐν τούτοις οὖν ἔνεισι δύο, φησί, Περικλῆς καὶ Μιλτιάδης. λέγει δὲ Εὔπολις οὕτως*

Καὶ μηκέτ' ἄναξ Μιλτιάδη καὶ Περικλεῖ,
Ἐάσατ' ἄρχειν μειράκια κινούμενα,
Ἐν τοῖς σφυροῖς ἕλκοντα τὴν στρατηγίαν.

Huc rursus respicit Aristides in eadem oratione t. II. p. 342. Dind. (t. II. p. 263.) Platonius *π. διαφ. κωμῳδ.* p. XXVII. ait de Eupolide, *ἀναγαγεῖν ἱκανὸς ὢν ἐξ Ἅιδου νομοθετῶν πρόσωπα καὶ δι' αὐτῶν εἰσηγούμενος ἢ περὶ θέσεως νόμων ἢ καταλύσεως.* Haec in *Δήμοις* ita a poeta ficta fuisse coniecit Valckenaerius Diatr. Eurip. p. 252 s. not., et recte, nam Aphthonius Progymn. cap. *π. ἠθοποιίας* p. 37. Cam. dicit: *Εἰδωλοποιία ἡ πρόσωπον μὲν ἔχουσα γνώριμον, τεθνεὸς δὲ καὶ τοῦ λέγειν παυσάμενον, ὡς ἐν Δήμοις Εὔπολις ἔπλασε.* (Eadem, sed errans, respicit Valerius Maximus VII, 2. ext. 7., cf. Meinek. Q. sc. I. p. 49.). In Scholiasta Aristidis

vulgo legebatur *Γέλωνα*, sed Valckenaerii emendationem cum Meinekio probavi, quam Platonii quoque *νομοθετῶν* confirmat; *Κίμωνα* legit Elmsleius ad Eurip. Med. p. 146 s. not. Oxon. Fragmentum ipsum ut erat corruptum posui, in v. 1. MS. apud Valckenaerium habuit *Μιλτιάδου καὶ Περικλέει*, alius MS. apud Dindorfium *Μιλτιάδην καὶ Περικλῆ*. Valckenaerius coniecit: *ὦ 'ναξ Μιλτίαδες καὶ Περίκλεες*, Elmsleius ad Eurip. Med. l. l. et in auctario ad Aristoph. Acharn. p. 126. *ἀντὶ Μιλτιάδου καὶ Περικλέους*. Formas *Μιλτίαδες* et *Περίκλεες* comicis tribui vix posse recte Elmsleius contendit, sed tragicum colorem hic quaesivisse videtur poeta, cf. Lobeck. ad Phrynich. Parerg. IV. p. 641. 2. *ἐάσετ'* coniecit Elmsleius. 3. vulgo *τοῖσι σφυροῖσιν*, emendavit Valckenaerius.

II. 79

Plutarchus Pericl. 3. *ὁ δ' Εὔπολις ἐν τοῖς Δήμοις πυνθανόμενος περὶ ἑκάστου τῶν ἀναβεβηκότων ἐξ Ἅιδου δημαγωγῶν, ὡς ὁ Περικλῆς ὠνόμαστο τελευταῖος·*

Ὅ τι περ κεφάλαιον τῶν κάτωθεν ἤγαγες.

Per *δημαγωγούς* intelligit summos Atheniensium duces: „*ὅ τι περ κεφάλαιον* formula noti usus ridicule deflexa ad subsannandam capitis enormitatem.“ Schaeferus ad Plutarchum t. IV. p. 349., quem lege de *κάτωθεν*.

III. 80

Plutarchus Pericl. 24. de Pericle: *δοκεῖ δὲ καὶ τὸν νόθον ἐκ ταύτης* (Aspasiam dicit) *τεκνῶσαι, περὶ οὗ πεποίηκεν Εὔπολις ἐν Δήμοις αὐτὸν μὲν οὕτως ἐρωτῶντα·*

Ὁ νόθος δέ μοι ζῇ;

τὸν δὲ Μυρωνίδην ἀποκρινόμενον,

Καὶ πάλαι γ' ἂν ἦν ἀνήρ,
Εἰ μὴ τὸ τῆς πόρνης ὑπωρρώδει κακόν.

Eupolin de filio Periclis spurio ex Aspasia in *Δήμοις* locutum fuisse Scholiasta Platonis p. 391. et Harpocratio p. 30. tradunt. Vulgo in Plutarcho *Πυρωνίδην*, recte inde a Xylandro correctum; fuit is victor in proelio apud

Oenophyta contra Thebanos Olymp. LXXXI, 1. cf. Thucyd. I, 108. v. 3. vulgo ὑποῤῥώδει, emendavit Valckenaerius Diatr. p. 221 E., sic Porsonus Append. in Toup. P. IV. p. 446., et humanissimus Schaeferus in nupera editione vitarum.

81 IV.

Athenaeus IX. p. 373 E. ἐπὶ τοῦ πληθυντικοῦ ὄρνεις λέγουσι. — καὶ Εὔπολις ἐν Δήμοις

Οὐ δεινὸν οὖν κριοὺς ἔμ' ἐκγεννᾶν τέκνα,
Ὄρνεις θ' ὁμοίους τοὺς νεοττοὺς τῷ πατρί;

1. Vulgo κρείους, emendavit Valckenaerius ad Eurip. Phoen. 144. p. 186. Zenobius IV, 63. κριὸς τροφεῖ' ἀπέτισεν· ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων. sic Dindorfius, qui cum eodem vulgatam μ' in ἔμ' mutavit. μὲν Wakefieldus in silv. crit. P. IV. p. 18. 2. ὁμοίως librorum correxit Casaubonus. Videntur verba Periclis de filio ingrato, neque moribus simili.

82 V.

Scholiasta Aristophanis Acharn. 61. Εὔπολις Δήμοις εἰσάγει τὸν Πεισίστρατον βασιλέα. Similia tradunt Suidas v. βασιλεύς t. I. p. 414. et Ammonius v. τύραννον p. 138.

83 VI.

Longinus c. 16, 3. p. 70. Weisk. Εὔπολις

Οὐ γάρ, μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην,
Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

Verba sunt Miltiadis e Δήμοις, de quo plane non est dubitandum, sic Valckenaerius et Elmsleius ll. ll. Verba sunt expressa ad Euripidis Medeam 396 et 399. Οὐ γάρ, μὰ τὴν δέσποιναν, ἣν ἐγὼ σέβω — Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ. Sic Demosthenes pro cor. p. 297 R. οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι παρακινδυνεύσαντας. quod ἐν hic deest, saepissime in hac locutione invenitur, ut ἡ Μαραθῶνι μάχη, τὸ Μαραθῶνι τρόπαιον, Aristoph. Vesp. 711. cf. Elmsleius ad Aristoph. Acharn. 343.

VII. 84

Scholiasta Aristophanis Acharn. 529. de Pericle, *Εὔπολις ἐν Δήμοις*, (ultimos versus citant Plinius Epp. I, 20. Diodorus Sicul. XII, 40. et Scholiasta Aristoph. Pac. 1203.)

Κράτιστος οὗτος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν,
Ὁπότε παρέλθοι, χὤσπερ οἱ 'γαθοὶ δρομῆς
Ἐκ δέκα ποδῶν ᾕρει λέγων τοὺς ῥήτορας·
Ταχὺς λέγειν μὲν, πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
Πειθώ τις ἐπεκάθισεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν.
Οὕτως ἐκήλει καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Fragmentum nobilissimum, multorumque imitationibus celebratum. 2. Vulgatam *ὥσπερ* — *δρομεῖς* mutandam credidi. V. 3. legebatur *ἐκκαιδέκα π. ᾕρει*, emendarunt Grotius Exc. p. 499. et Wyttenbachius ad Plutarch. de S. N. V. p. 7 ss. (p. 310 ss. ed. Oxon.) Sic Themistius Orat. 27. p. 339 C. *αἱρήσεις οὐκ ἐκ δέκα ποδῶν*, Isidorus Pelusiota Epist. IV, 205. p. 102. *Περικλῆς, ὃς ἀπὸ δέκα ποδῶν ᾕρει τοὺς ῥήτορας*, et Aristides Or. Platon. t. II. p. 174. Dind. (II. p. 130. Iebb.) *ᾕρει* servavit, ubi cf. Scholiastam t. III. p. 472 D. Toupius ad Longinum 34, 4. *παρέλθοι δ'* — *ἐκδέκα* legit. *ἐκκαιδέκα ποδοῖν περιλέγων* Wasius de senar. 16. p. 239 s. 5. Plinius *ἐπεκάθητο τοῖσι χ.*, Toupius l. l. *ἐπεκάθιζεν* e Diodoro. Cf. Cicero Orat. III, 34, 138. Brut. 9, 38. 15, 59.; et multi alii ad hos versus Eupolidis alluserunt, quorum locos collegit Wyttenbachius l. l. et in epist. crit. p. 44., quocum conf. intpp. ad Lucian. Enc. Demosth. 20. et Meinek. Quaest. scen. I. p. 49.

VIII. 85

Aristides Orat. Platon. t. II. p. 174 s. D., ubi de Pericle locutus verba Eupolidis de eo attulit, addit, *πάντα δ' εἶναι φλυαρίαν πρὸς ἐκεῖνον. φησὶ γοῦν οὑτωσὶ δυσχεραίνων,*

Ῥήτωρ γάρ ἐστι νῦν τις ὢν γ' ἐστὶν λέγειν;
Ὁ Βουζύγης ἄριστος ἀλιτήριος.

1. Vulgatam ἐστὶ λέγειν e MSto emendavit Dindorfius. 2. vulgo ἀλιτήριος, recte Dindorfius, ut Porsonus Advv. p. 75. Poeta dicit; nemo nunc est oratorum, qui loqui possit diserte, optimus est Buzyges, scilicet Demostratus, infra etiam memoratus, neque enim cum Scholiasta Aristidis t. III. p. 473 D. de Pericle ita dicto cogitandum est.

86 IX.

Plutarchus Alcib. 13., ubi de Phaeace: ἦν γάρ, ὡς Εὔπολις φησὶ,

Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

Eundem versum affert Gellius I, 16., quem ex eadem oratione et scena in Δήμοις petitum esse non dubito, recensentur enim ibi oratores mali temporibus poetae. De Phaeace supra dixi ad fr. 15.

87 X.

Suidas v. ἀγῆλαι I. p. 25. Etymol. M. v. ead. c. 9, 53. Συναγωγὴ λ. χρ. p. 328. ἀγῆλαι· τιμῆσαι θεὸν ἀγλαίαις. οὕτως Εὔπολις Δήμοις·

Ἀναθῶμεν νῦν χἡμεῖς τούτοις τασδὶ τὰς εἰρεσιώνας
Καὶ προσαγήλωμεν ἐπελθόντες. B. Χαίρετε πάντες. A. Δεχόμεσθα.

Omnes habent, τὰς διττὰς εἰρεσιώνας. Suidas δεχόμεθα. Etymol. M. προσαγήλωμ' ἀπελθόντας. Emendationem Porsoni apud Gaisfordum ad Hephaest. p. 278. Elmsleius ad Eurip. Med. p. 234. Ox. et Meinekius Quaest. scen. I. p. 50. probarunt. cf. Dobreeus ad Aristoph. Pac. 397. Verba sunt in fine fabulae posita, ubi umbrae ad inferos redeunt, quod partim iam viderat Hemsterhusius ad Thomam Mag. p. 5 a., qui ἀπελθόντες legit, et post eum Meinekius l. l., cuius interpunctionem meliorem censui prae Porsoniana, qua verba χαίρετε πάντες etiam ducibus abeuntibus tribuuntur.

XI. 88

Scholiasta Aristophanis Lysistr. 398. *Δημόστρατος* (vulgatam *Φιλόστρατος* recte emendavit Küsterus) *Βουζύγης ἐλέγετο. Εὔπολις δὲ ἐν Δήμοις μανιώδη αὐτὸν λέγει,*

Τί κέκραγας ὥσπερ Βουζύγης ἀδικούμενος;

Demostratus orator unus ex iis fuit, qui expeditionem Siculam maxime commendaverunt, de quo ait Aristophanes Lysistr. l. l. *ἔλεγεν — Δημόστρατος πλεῖν εἰς Σικελίαν*, cf. Plutarch. Alcib. 18. Nic. 12., quem *Βουζύγην* dictum fuisse supra iam fr. 85. vidimus. Originem nominis Scholiasta Aristidis p. 473 D. tradit, ab heroe veteri arationem olim instituente, cf. Hesychius s. v. t. I. c. 748. cum intpp.

XII. 89

Scholiasta Aristophanis Av. 1568. *Λαισποδίας δὲ καὶ Δαμασίας ὡς κακόκνημοι διαβάλλονται. Μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ Εὔπολις ἐν Δήμοις·*

Ταδὶ δὲ τὰ δένδρα Λαισποδίας καὶ Δαμασίας
Αὐταῖσι ταῖς κνήμαισιν ἀκολουθοῦσί μοι.

Laespodiam ducem Atheniensium Olymp. XCI, 3. fuisse invenitur apud Thucydidem VI, 105. (In Scholiasta pro *η* lege *ς*). cf. Dobreeus ad Aristoph. Plut. 145. in Addendis. Convicium Eupolis in eum facetissimum ingessit, cf. Aristoph. Av. 1556., alludit enim ad vitium, quod in cruribus habebat. Plutarchus sympos. VII, 8. p. 931. Wytt. *ἐξηγεῖσθαι, τίς ὁ Λαισποδίας παρ᾽ Εὐπόλιδι.* Eunapius p. 99. Boiss. *τὰ γοῦν Εὐπόλιδος δένδρα Λαισποδίαν καὶ Δαμασίαν οὐκ ἂν παρῆκεν.*

XIII. 90

Scholiasta Aristophanis Nub. 997. *Ἱπποκράτους υἱοί εἰσιν Τελέσιππος, Δημοφῶν, Περικλῆς, διαβαλλόμενοι εἰς ὑωδίαν. καὶ Εὔπολίς φησιν ἐν Δήμοις*

Ἱπποκράτους τε παῖδες ἐμβόλιμοί τινες,
Βληχητὰ τέκνα, κοὐδαμῶς τοῦ τρόπου.

Eadem ait Suidas v. *τοῖς Ἱππ.* III. p. 524., ubi *δὲ* legitur, idem v. *ἐμβόλιμοι* I. p. 721. et Zonaras v. ead. I. c. 697. sine

nomine poetae habent, Ἱπποκράτης π. ἐμβ. τ. Suidas v. ὑώδεις III. p. 531. sine fabulae indicio: ὑεῖς Ἱππ. ἐ. τ. Βλ. τ., MS. apud Dobreeum ad Aristoph. Nub. l. l. κοὐδαμός γε τοῦ τρ. Ipse vulgatam reliqui, quum nulla emendationum a viris doctis propositarum mihi placeat, et de metro maxima oriatur dubitatio. τινὸς τρ. Gatakerus A. M. P. XIII. p. 548 f., τοῦ νῦν τρ. Küsterus, Bentleius, Dobreeus ad Aristoph. Vesp. 1472., τοῦ 'μοῦ τρ. Toupius Emm. in Suid. P. I. p. 108., βλ. τέκεα, κοὐδ. τοῦ 'μοῦ Brunckius ad Aristoph. l. l., qui omnes hos versus pro duobus senariis posuerunt, vocabulorum Ἱπποκράτους et τέκνα quantitatem non respicientes, ut videtur. Aliam viam nimis audacem iniit Reisigius Coniect. in Aristoph. I. p. 111 s., qui dochmiacos addito cretico invenisse sibi visus, ita emendavit: Ἱπποκράτους δ' ὑεῖς ἐμβόλιμοί τινες, βληχητὰ τέκνα, κοὐδαμῶς τοῦ τρόπου. Vestigia metri Eupolidei quoque agnoscere difficile non est, cf. fr. 96. sed nihil statuo. cf. Athen. III. p. 96 E.

91 XIV.

Tiberius rhetor 47. p. 66., ubi de mutatione numeri loquitur, addit: ὡς παρ' Εὐπόλιδι ἐν Δήμοις,

Ἅπασα γὰρ ποθοῦμεν ἡ κλεινὴ πόλις.

Vulgatam ποθουμένη verissime Meinekius ad Euphor. p. 92. correxit.

92 XV.

Scholiasta Aristophanis Nub. 1018. Ἀντιμάχος ὁ τραπεζίτης, οὗ μέμνηται Εὔπολις ἐν Δήμοις.

93 XVI.

Scholiasta Aristophanis Av. 823. Θεαγένης ἐκαλεῖτο καπνὸς, ὅτι πολλὰ ὑπισχνούμενος οὐδὲν ἐτέλει. Εὔπολις ἐν Δήμοις. Cf. Suidas v. ὑηνεία III. p. 531.

94 XVII.

Scholiasta Aristophanis Av. 877. Κλεόκριτος ἴσως ἕτερος ἂν εἴη τοῦ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Δήμοις καὶ Κόλαξι. Cf. Suidas s. v. E fragmentis 88. et 89. apparet, fabu-

Iam ante Olymp. XCI, 3. scribi non potuisse, et Olymp. XCI, 4. archontem eponymum invenimus Cleocritum, quem eundem cum illo ab Eupolide commemorato credam, sub quo fabula commissa videtur.

XVIII. 95

Harpocratio v. μεῖον p. 117. περὶ τοῦ μειαγώγου Εὔπολις ἐν Δήμοις,

Τοιγαροῦν
Οὐδεὶς στρατηγὸς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου
Δύναιτ' ἂν, ὥσπερ μειαγωγὸς ἐστιῶν,
Τῆς τοῦδε νίκης πλειόν' ἑλκύσαι σταθμόν.

Videtur loqui aliquis de Miltiadis victoria apud Marathonem. 3. vulgatam δύναται emendavit Gronovius, quod probant Porsonus ad Eurip. Hecub. 1175. et Thierschius specim. edit. sympos. Plat. p. 5. μειαγωγός, qui sacrificium μεῖον dictum offert, quum filios in phratrias inducit, fine anni aetatis quinti decimi cuiusque. cf. Hesych. II. c. 559. Scholiasta Aristoph. Ran. 810. et Boeckh. Diss. de ephebia Att. (Berol. 1819.)

XIX. 96

Harpocratio v. καθάρσια p. 131. τὰ καθάρσια, — ἃ ὀξυθύμια καλεῖται. Εὔπολις Δήμοις

Ὃν χρῆν ἔν τε ταῖς τριόδοις κἀν τοῖς ὀξυθυμίοις
Προστρόπαιον τῆς πόλεως καίεσθαι τετριγότα.

Photius v. ὀξυθ. I. p. 340. ὀξυθύμια ex Eupolidis Δήμοις affert. Vulgo τε deest, τοῖσιν et περιτετριγότα legitur, sed ita Porsonus Advv. p. 286., et apud Gaisfordum ad Hephaest. p. 358., et Hermannus E. D. M. III, 4. p. 579. προστρόπαιος, μιαρὸς, αἵματι μεμιασμένος. Hesychius t. II. c. 1052.

XX. 97

Etymol. M. v. βλιμάζειν c. 200, 53. Εὔπολις,

Ἅμα βλυσθονῆσαι καὶ χλοῆσαι τὴν πόλιν.

Sic voluit Etymologus, ubi vulgo ἅμα βλυσθοινῆσαι contra metrum legitur. Suidas s. v. t. I. p. 158. ait: ἀναβλυστωνῆσαι, τὸ ἀναβλύσαι. Εὔπολις Δήμοις. — καὶ

ἀναβλυστωνῆσαι, ἀναβλαστῆσαι, unde credibile fit, priore loco ἀναβλυστανῆσαι apud eum legendum esse, ut Meinekius Q. sc. I. p. 50. voluit. Eustathius ad Homeri Il. ρ. p. 1095, 8. e lexico rhetorico ἀναβλυσθονεῖν attulit, quamobrem Schneiderus Lex. Gr. s. v. ἀναβλυστοινῆσαι vel ἀνα βλυστοινῆσαι probandum credit. Verissimam opinor lectionem ἀναβλυστονῆσαι.

98 XXI.

Stobaeus S. 130. (S. 35. p. 141. Grot.) Εὔπολις Δήμοις,

Καὶ τοῦ μὲν ἐν κύκλῳ γε παύσομαι λόγου·
Φράσω δὲ σοὶ τὸ πρᾶγμα διὰ τῶν χωρίων.

Grotius ἐν inseruit, et in v. 2. δὲ τὸ προῖκα in editione Trincavelliana legitur. De sensu ipso nihil certi scio.

99 XXII.

Etymol. M. c. 673, 23., ubi de futuro πίσω, Εὔπολις

Τῷδ' ἂν οἶνος εἴη πολὺς πίσει.

Eustathius ad Homeri Odyss. ζ. p. 1554, 54. ex Eupolidis Δήμοις futurum πίσει pro ποτιεῖ affert, quod etiam apud Pindarum Isthm. VI, 108. legitur.

100 XXIII.

Athenaeus III. p. 123 A. ὅτι γὰρ οἴδασι (οἱ παλαιοὶ) θερμὸν ὕδωρ Εὔπολις μὲν ἐν Δήμοις παρίστησι

Τὸ χαλκίον
Θέρμαινέ θ' ἡμῖν καὶ θύη πέττειν τινὰ
Κέλευ', ἵνα σπλάγχνοισι συγγενώμεθα.

ει

Vulgatas lectiones χαλκίειον (quod erat χαλκιον), θέρμαινεθ', et τινὰ πέττειν Casaubonus emendavit. 1. Pollux IX, 6, 69., ubi de dubio vocis χαλκίον sensu agitur, ταὐτὸν δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς Εὐπόλιδος Δήμοις ἐστὶν εἰρημένον. Idem VI, 18, 103. ἡ ἐλαιηρὰ ἐπίχυσις χαλκεῖόν ἐστι μακρόν, ἣν χαλκίον Εὔπολις ὠνόμασε. Idem X, 23, 92. τὴν ἐλαιηρὰν ἐπίχυσιν, ἣν Εὔπολις μακρὸν χαλκίον ὠνόμασε. Hesychius s. v. II. c. 1539. χαλκίον μακρόν· τὴν ἐλαιηρὰν ἐπίχυσιν. (Cf. Elmsleius ad Ari-

stoph. Acharn. 1128.). Unde apparet, *μακρὸν τὸ χαλκίον* in versu primo legendum esse. *θύῃ.* Hesychius II. c. 1739. *θύα.* — *Εὔπολις τὰ πέμματα.* Cf. Meurs. Eleusin. 24. p. 68.

XXIV. 101

Athenaeus VII. p. 316 C. *οἱ δὲ πουλύποδα προφέρονται. — Εὔπολις Δήμοις*

Ἀνὴρ πολίτης, πουλύπους ἐς τοὺς τρόπους.

XXV. 102

Athenaeus III. p. 106 B. *συνεσταλμένως δ' εἴρηκεν Εὔπολις — καὶ ἐν Δήμοις*

Ἔχων τὸ πρόσωπον καρίδος μασθλητίνης.

Similem Cratini versum invenimus fr. inc. 43. p. 82. Hunc cum antecedente coniungendum suspicor.

XXVI. 103

Athenaeus IX. p. 408 D. *χειρόνιπτρον Εὔπολις ἐν Δήμοις*

Κἄν τις τύχῃ πρῶτος δραμὼν, εἴληφε χειρόνιπτρον·
Ἀνὴρ δ' ὅταν τις ἀγαθὸς ᾖ καὶ χρήσιμος πολίτης,
Νικᾷ τε — χρηστὸς ὢν οὐκ ἔστι χειρόνιπτρον.

Χειρόνιπτρον Eupolidis Pollux VI, 14, 92. et Eustathius ad Homeri Odyss. *α.* p. 1401, 10. memorarunt. 3. *πάντας* Schweighäuserus et Porsonus Advv. p. 114 s. inseri voluerunt, possis etiam *τούσδε.* Dindorfius locum affert Grammatici in MS. Paris. 345. fol. 147. recto: *χειρόνιπτρα· τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ. κἄν τις τύχῃ πρῶτος βαλὼν, εἴληφε χειρόνιπτρα. Ἀριστοφάνης.*

XXVII. 104

Photius s. v. I. p. 267. Suidas v. ead. II. p. 551. *Μὴ παιδὶ μάχαιραν — καὶ Εὔπολις Δήμοις*

Μὴ παιδὶ τὰ κοινά.

XXVIII. 105

Photius s. v. I. p. 291. Suidas v. ead. II. p. 603. *Νεανισκεύεται· Εὔπολις — ἰδίως ἐσχημάτικεν τὸ νεανισκεύειν ἐν Δήμοις,*

Γυναῖκ' ἔχοντα μάλα καλήν τε κἀγαθήν.

Αὐτὴ νεανικοῦντος ἐπεθύμησέ μου.

2. Suidas *αὐτὴ νεανισκεύοντος*, sed Photii lectionem probarunt Porsonus App. in Toup. P. IV. p. 460. et Lobeck. ad Sophocl. Aiac. 323. p. 271. *νεανίζοντος* Naekius sched. crit. p. 25.

106 XXIX.

Photius s. v. I. p. 300. *νιγλαρεύων.* — *καὶ ὁ νίγλαρος· κρουματικῆς διαλέκτου ὄνομα. Εὔπολις Δήμοις*

Τοιαῦτα μέν τοι νιγλαρεύων κρούματα.

Cf. Pherecratem fr. 145. p. 64.

107 XXX.

Pollux VII, 33, 164. *καὶ μέν τοι καὶ Εὔπολις ἐν τοῖς Δήμοις ἔφη·*

Ἐνταῦθα τοίνυν ἦν ἐκείνοισιν πιθών.

Idem VI, 2, 15. ait: *τὰς ἀποθήκας τοῦ οἴνου* — *Εὔπολις πιθῶνας*, et IX, 5, 49. *πιθῶνες, ὡς Εὔπολις ὠνόμαζε.*

108 XXXI.

Pollux IX, 5, 43. *μέρη τῆς πόλεως* — *πυριατήρια, Εὐπόλιδος εἰπόντος ἐν Δήμοις*

Ὅτι τὸ πυριατήριον.

Hemsterhusius *ὅθι* coniecit.

109 XXXII.

Pollux IX, 6, 58. *Εὔπολις ἐν Δήμοις τὸ νόμισμα δηλοῖ, λέγων*

Ἔχων στατῆρας χρυσίου τρισχιλίους.

110 XXXIII.

Suidas v. *ἀργύρειος* I. p. 313. *Συναγωγὴ λ. χρ.* s. v. p. 442. *ἀργυρίδιον, ὡς ἡμεῖς, Εὔπολις Δήμοις·*

Ἐγὼ δὲ συμψήσασα τἀργυρίδιον.

In *συναγωγῇ* male *συμψήσας ἀργ.* legitur.

111 XXXIV.

Συναγωγὴ λ. χρ. s. v. p. 462. (Priscianus XVIII. c. 1175, 38.) *ἀτυχεῖν, τὸ μὴ τυγχάνειν τινὸς, ἀλλὰ διαμαρτάνειν. Εὔπολις Δήμοις*

Λέγ' ὅτου 'πιθυμεῖς, κοὐδὲν ἀτυχήσεις ἐμοῦ.

Apud Priscianum *λέγε του* et *ἀτυχήσῃς* legitur. cf. Spengel. ad Varr. p. 622.

XXXV. 112

Stobaeus S. 43, 9. (S. 43. p. 163. Grot.) *Εὔπολις·*

Καὶ μὴν ἐγὼ πολλῶν παρόντων οὐκ ἔχω τί λέξω·
Οὕτω σφόδρ' ἀλγῶ τὴν πολιτείαν ὁρῶν παρ' ὑμῖν.
Ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω τέως ᾠκοῦμεν οἱ γέροντες,
Ἀλλ' ἦσαν ἡμῖν τῇ πόλει πρῶτον μὲν οἱ στρατηγοὶ
Ἐκ τῶν μεγίστων οἰκιῶν, πλούτῳ γένει τε πρῶτοι,
Οἷς ὡσπερεὶ θεοῖσιν ηὐχόμεσθα, καὶ γὰρ ἦσαν·
Ὥστ' ἀσφαλῶς ἐπράττομεν, νυνὶ δ', ὅποι τύχοιμεν,
Στρατευόμεσθ' αἱρούμενοι καθάρματα στρατηγούς.

Recte Meinekius haec ad *Δήμους* retulit, in quaest. scen. I. p. 49. Verba sunt cuiusdam e viris summis Atheniensium. 2. *ὑμῖν* attulit Meinekius, qui igitur v. 3. *οἱ γέροντες* cum Grotio praeferre videtur, vulgo *ἡμῖν* et *ὦ γέρ.* 8. Duces vocat *καθάρματα*, ut supra fr. 96. de uno ex iis locutus erat.

XXXVI. 113

Pollux VII, 27, 123. *καπνοδόκην Εὔπολις — εἴρηκεν — ἐν Δήμοις.*

XXXVII. 114

Pollux IX, 8, 46. *ἐν Εὐπόλιδος Δήμοις ἐστὶ καὶ τὸ καυχήσασθαι.* MS. unus *καυχήσεται* habet.

XXXVIII. 115

Antiatticista p. 79. *ἀριστητικός, ὁ ἀριστᾶν εἰθισμένος. Εὔπολις Δήμοις.*

XXXIX. 116

Antiatticista p. 95. *ἐγχώριος ἀνὴρ, ἐγχώριον πρᾶγμα. Εὔπολις Δήμοις.*

XL. 117

Antiatticista p. 98. *ἥσθημα, τὴν ἡδονήν. Εὔπολις Δήμοις.*

XLI. 118

Antiatticista p. 99. *θηρία λέγουσι τὰ ἄγρια ζῶα, ἵππον ἢ ἡμίονον πολιτικά. Εὔπολις Δήμοις.*

ΔΙΑΙΤΩΝ.

119 I.

Pollux VII, 33, 168. *Εὔπολις δὲ καὶ τὴν πύελον — μάκτραν ὠνόμασεν ὡς οἱ νῦν, λέγει γοῦν ἐν Διαιτῶντι,*

Εἰς βαλανεῖον — —
Εἰσελθὼν μὴ ζηλοτυπήσῃς τὸν συμβαίνοντά σοι
Εἰς τὴν μάκτραν.

Vulgo *τῶν δὲ ἔτι νεωτέρων τις Εὔπολις*, ita ut Eupolis iunior a Meursio et Fabricio fuerit fictus; sed haec verba MSto desunt. Fragmentum digessit Meinekius ad Menandr. p. 259. et Quaest. scen. I. p. 51.; aliter Iacobs ad Anthol. Vol. I. P. I. p. 306. Tamen titulus fabulae dubius est.

Δ Ι Α Σ.

I. 120

Pollux IX, 4, 27. *τὸν ἀστὸν Εὔπολις ἐν τῇ Διάδι ἔμπολιν εἴρηκεν, οἷον ἐγχώριον.*

Meursius et Iungermannus *Δυάδι*, Kühnius *ἐν Δηλιάσι*, Meinekius Quaest. sc. I. p. 51. neutrum probabile credit; sed in MSto legitur *Εὔπολις ἐν Εὔπολις εἴρ.*, ita ut titulum corruptum esse plane certum sit. Fortasse simile nomen poetae verba *ἐν Πόλεσιν* e sede sua eiecit.

ΕΙΛΩΤΕΣ.

121 I.

Athenaeus IV. p. 138 F., ubi de Lacedaemoniorum convivio, *κοπίδι*, loquitur, *καὶ Εὔπολις ἐν Εἵλωσι*

Καὶ γένηται τοῖσδε σάμερον κόπις.

122 II.

Pollux IX, 6, 74. *Ἐν τοῖς Εὐπόλιδος Εἵλωσιν εἴρηται*

Ὀβολὸν τὸν καλλιχέλωνον.

Χελώνη erat numus Peloponnesiacus. Hesychius s. v. II. c. 1549. Idem ait t. II. c. 126. *καλλιχέλωνος· ὁ ὀβολός. εἶχε γὰρ τὸ νόμισμα χελώνην ἐπικεχαραγμένην.*

123 III.

Pollux X, 24, 98. *τήγανον ἔχοις ἂν εὑρεῖν εἰρημένον ἐν Εἵλωσιν Εὐπόλιδος.* Ubi vulgo *ἁλιεῦσιν*, MS. *ἰλιάσι*, ab interpretibus emendatum, sed alius titulus latere videtur.

Praeterea quatuor locis citatur poeta *ὁ τοὺς Εἵλωτας ποιήσας*, ex cuius fragmentis totam fabulam Eupolidi abiudicat, et drama satyricum, *οἱ Εἵλωτες οἱ ἐπὶ Ταινάρῳ*, fuisse contendit Müllerus in Doriis t. II. p. 378. et Add. p. 544. Tamen pauci qui supersunt versus nihil certi probare possunt, et, si non Eupolidis, comici quidem cuiusdam e dramate esse credam. Facile enim in fabula, Lacedaemoniorum vitam delineante, vocabula Laconica poni potuerunt, neque alia occurrunt argumenta, propter quae ea poetae satyrico tribuenda censeam, quod satis demonstrant ipsa fragmenta, quae hic apposui.

IV. 124

Athenaeus IX. p. 400 C. *ἐχρήσατο τῷ ὀνόματι* (voce *λαγῷ*) — *καὶ ὁ τοὺς Εἵλωτας ποιήσας.*

V. 125

Athenaeus XIV. p. 638 E., ubi de Gnesippo, *παιγνιαγράφῳ τῆς ἱλαρᾶς μούσης*, loquitur, *καὶ ὁ τοὺς Εἵλωτας δὲ πεποιηκώς φησι*

Τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμᾶνος Σιμωνίδου τε
Ἀρχαῖον ἀειδέν. ὁ δὲ Γνήσιππος ἔστ' ἀκούειν,
Ὃς νυκτερίν' εὗρε μυχοῖς ἀείσματ' ἐκκαλεῖσθαι
Γυναῖκας ἔχοντας ἰαμβύκην τε καὶ τρίγωνον.

Similis locus Aristophanis Nub. 1355 ss. 1. vulgo *τὸν*, MS. Ven. *τὰ*, sic Dindorfius. 2. Vulgo *ἀείδειν* — *ἐστὶν*, prius Dindorfius, alterum Hermannus emendavit. De sensu cf. Dobreeus ad Aristoph. Plut. 48. 3. Vulgatam *κεῖνος ν. εὗρε μοιχοῖς* Hermannus et Dindorfius mutarunt; metrum est Archilochium, quo Eupolis in *Πόλεσιν* quoque usus est. 4. *ἰαμβύκη* instrumentum musicum, *ἐν οἷς τοὺς ἰάμβους ᾖδον*, cf. Hesych. s. v. II. c. 7. Phot. v. ead. I. p. 100. Athen. XIV. p. 636 B.

VI. 126

Herodianus *π. μονήρ. λέξ.* p. 10. *ὁ δὲ τοὺς Εἵλωτας τὴν γενικήν φησι*

Τέμενο ποτίδα ποντίῳ.

Blochius *τεμένει*, et *ποντίω* Dindorfius. An legendum: *τέμενος Ποτίδα ποντίω.*

VII. 127

Herodianus *π. μονήρ. λέξ.* p. 34. *τὸ αἰσχοῦν, ὅ εἴρηται παρὰ τῷ τοὺς Εἵλωτας,*

Ἀλλὰ μισχοῦν καθήμενοι.

Corrupta sunt verba poetae, sed quod vulgo e MSto legitur, *τοὺς εἵλω τασαίμην*, Blochius recte mutavit.

Videmus igitur, dubitatum esse de scriptore fabulae, et, ut suspicor, a quibusdam eam Eupolidi tributam fuisse, tamen nihil invenitur, quod Mülleri sententiam

satis confirmare queat. Neque enim locus Eustathii ad Homeri Il. *β*. p. 297. med. aliquid probat, qui ait: *οἱ Εἵλωτες οὐ μόνον δουλικοῦ εἰσιν ὀνόματος, ἀλλὰ καί τι ἑτεροῖον δηλοῦσιν. ἐν γοῦν τοῖς Ἡρωδιανοῦ εὕρηται, ὅτι Εἵλωτες οἱ ἐπὶ Ταινάρῳ σάτυροι*, quae si vera sunt, tamen inde hoc non efficitur, satyricum fuisse drama, insignitum titulo, *οἱ Εἵλωτες οἱ ἐπὶ Ταινάρῳ*.

Κ Λ Ο Π Α Ι.

I. 128

Erotianus p. 172. *ἡδύσματα, τὰ ξηρὰ ἀρτύματα. Εὔπολις Κλοπαῖς.* cf. Meinekius ad Menandr. p. 41. De lectione *Κλοπαῖς* dubitandum esse credam, neque tamen quaenam fabula reponenda sit certo habeo.

Κ Ο Λ Α Κ Ε Σ.

Hac fabula elegantissima Eupolis victoriam reportavit, Olymp. LXXXIX, 3. archonte Alcaeo. Athenaeus V. p. 218 C. Hipponicum mortuum ait *πρὸ τῆς ἐπ' Ἀλκαίου διδασκαλίας τῶν Εὐπόλιδος Κολάκων οὐ πολλῷ χρόνῳ*. Scholiasta Venetus in argumento ad Aristophanis Pacem penes doctissimum Dindorfium: *ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου ἐν ἄστει. πρῶτος Εὔπολις Κόλαξι, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτορσι* [a], quae grammatici verba vel corrupta sunt, vel *ἐνίκησε* ita intelligendum est, ut eum non plane posthabitum significetur. Calliam, Hipponici filium, eiusque adulatores exagitavit fabula, cf. Athen. XI. p. 506 F., unde Maximus Tyrius 20. t. I. p. 391. ait, *ἀλλὰ Καλλίαν μὲν ἐν Διονυσίοις ἐκωμῴδει Εὔπολις, ἰδιώτην ἄνδρα ἐν συμποσίοις κολακευόμενον, ὅπου τῆς κολακείας τὸ ἆθλον ἦν κύλικες καὶ ἑταῖραι καὶ ἄλλαι ταπειναὶ καὶ ἀνδραποδώδεις ἡδοναί*, quae ex ipsis fragmentis satis apparent.

129 I.

Athenaeus VI. c. 30. p. 236 E. — 237 A. *Οἱ δ' ἀρχαῖοι ποιηταὶ τοὺς παρασίτους κόλακας ἐκάλουν, ἀφ' ὧν καὶ Εὔπολις τῷ δράματι τὴν ἐπιγραφὴν ἐποιήσατο, τὸν χορὸν τῶν κολάκων ποιήσας τάδε λέγοντα,*

Ἀλλὰ δίαιταν ἣν ἔχουσ' οἱ κόλακες πρὸς ὑμᾶς
Λέξομεν· ἀλλ' ἀκούσαθ' ὡς ἐσμὲν ἅπαντα κομψοὶ

---

a Lege *Φράτερσι*, scriptura vocis vere attica, cf. Eustath. ad Homeri Il. *β*. p. 239., quam in Cratini iunioris fragmento p. 103. me recepisse velim.

Ἄνδρες· ὅτοισι πρῶτα μὲν παῖς ἀκόλουθός ἐστιν
Ἀλλότριος τὰ πολλὰ, μικρὸν δέ τι κἀμὸν αὐτοῦ.
Ἱματίω δέ μοι δύ' ἐστὸν χαρίεντε τούτω,
Οἷν μεταλαμβάνων ἀεὶ θάτερον ἐξελαύνω
Εἰς ἀγοράν. ἐκεῖ δ' ἐπειδὰν κατίδω τιν' ἄνδρα
Ἠλίθιον, πλουτοῦντα δ', εὐθὺς περὶ τοῦτον εἰμί.
Κἄν τι τύχῃ λέγων ὁ πλούταξ, πάνυ τοῦτ' ἐπαινῶ
Καὶ καταπλήττομαι δοκῶν τοῖσι λόγοισι χαίρειν.
Εἶτ' ἐπὶ δεῖπνον ἐρχόμεσθ' ἄλλυδις ἄλλος ἡμῶν
Μᾶζαν ἐπ' ἀλλόφυλον, οὗ δεῖ χαρίεντα πολλὰ
Τὸν κόλακ' εὐθέως λέγειν, ἢ φέρεται θύραζε.
Οἶδα δ' Ἀκέστορ' αὐτὸ τὸν στιγματίαν παθόντα·
Σκῶμμα γὰρ εἶπ' ἀσελγὲς, εἶτ' αὐτὸν ὁ παῖς θύραζε
Ἐξαγαγὼν ἔχοντα κλοιὸν παρέδωκεν Οἰνεῖ.

Phrynichus quoque in eclog. att. p. 139. ait, Eupolidem *κόλακας* eosdem cum parasitis habuisse. 1. vulgo *ἔχουσιν*, e MSS. emendavit Dindorfius. 2. *ἅπαντες*, quod contra metrum legebatur, correxit Hermannus de metr. III. p. 389. E. D. M. III, 6. p. 584 s. et ita Porsonus apud Gaisford. ad Hephaest. p. 296. (Advv. p. 79.) 3. *ὅτοισι* pro *τοῖσι* iidem. 4. vulgo *δέ τι κάμον*, quod Hermannus et Dindorfius emendarunt. *μ. δὲ τὸ κάμνον αὐτοῦ* Porsonus, *μ. δὲ τελοῦμεν αὐτῷ* Lucas Eup. p. 104 s. 5 s. *χαρ. τούτοιν, μετ.* vulgo, *χ. τούτοιν οὖν μ.* Grotius Exec. p. 501. et Lucas l. l., meliora Porsonus, Hermannus, et ita Dindorfius edidit. Dubitationem tamen movet argumentum Lucae, parasitos duo pallia secum non portasse. Praeterea constat e Polluce IV, 18, 119. 120., parasitos indutos fuisse *ἐσθῆτι μελαίνῃ ἢ φαιᾷ* et in manibus gestasse *στλεγγίδα καὶ λήκυθον.* 8. *εἶμι* editiones ante Dindorfium. Hunc locum in senarios redigere conatus est Bothius ad Terent. Eun. 201. p. 483 s. 9. Pollux III, 22, 109. *ὁ Εὐπόλιδος πλούταξ*

πέπαικται. eadem vox apud Menandrum fragm. p. 161 M. invenitur. 11. vulgo *ἐρχόμεθ'* et v. 13. *εὐθύς*, correxit Grotius. 14. Acestorem eundem esse cum poeta tragico saepius perstricto conieci ad Cratinum p. 27. 15. Vulgo *εἴπας ἔλεγεν*, MSS. *εἴπας ἔλεγες*, unde verum elicuit Porsonus, quem omnes secuti sunt; sic Eupolis *σκῶμμ' ἀσελγές* in *Προσπαλτίοις* dixit. 15. *κλοιός· περιτραχήλιος δεσμὸς, κολλάριον.* Hesychius II. c. 280. Vulgo *ἀγαγὼν*, MS. Venetus *ἐξαγαγών*.

130 II.

Diogenes Laertius IX, 50. *Εὔπολις Κόλαξι,*

Ἔνδοθι μέν ἐστι Πρωταγόρας ὁ Τήιος,
Ὃς ἀλαζονεύεται μὲν ἀλιτήριος
Περὶ τῶν μετεώρων, τὰ δὲ χαμᾶθεν ἐσθίει.

Eustathius ad Homeri Odyss. ε. p. 1547, 53. *καθὰ ἐμφαίνειν Εὔπολις λέγεται τὸν φυσικὸν Πρωταγόραν διακωμῳδῶν ἐν τῷ, ὃς — χθαμᾶθεν ἐσθίει.* Athenaeus V. p. 218 B. C., ubi de Hipponici morte locutus est, addit: *πρὸ τῆς ἐπ' Ἀλκαίου διδασκαλίας τῶν Εὐπόλιδος Κολάκων οὐ πολλῷ χρόνῳ κατὰ τὸ εἰκός. πρόσφατον γάρ τινα τοῦ Καλλίου τὴν παράληψιν τῆς οὐσίας ἐμφαίνει τὸ δρᾶμα. ἐν οὖν τούτῳ τῷ δράματι Εὔπολις τὸν Πρωταγόραν ὡς ἐπιδημοῦντα εἰσάγει, Ἀμειψίας δ' ἐν τῷ Κόννῳ, δύο πρότερον ἔτεσι διδαχθέντι, οὐ καθαριθμεῖ αὐτὸν ἐν τῷ τῶν φροντιστῶν χορῷ. δῆλον οὖν ὡς μεταξὺ τούτων τῶν χρόνων παραγέγονεν.* cf. Clintoni fast. Hellen. p. 69 s. 1. *ἔνδοθι.* cf. Dobreeus ad Aristoph. Plut. 965. 2. vulgo *ἀλιτήριος — χθαμᾶθεν*, emendavit Porsonus Advv. p. 75.

131 III.

Plutarchus Sympos. VII. p. 699 A. *Εὔπολιν μὲν γὰρ, εἰ βούλει, πάρες ἐν Κόλαξιν εἰπόντα, Πίνειν γὰρ ὁ Πρωταγόρας ἐκέλευεν, ἵνα πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πλεύμον' ἔκλυρον φορῇ.* Eadem habet Macrobius VII, 15., ubi melius *πνεύμον' ἔκλυτον* legitur. Athenaeus I. p. 22 F. *Εὔπολίς τε τὸν Καλλίαν φησὶν ἀναγκάζεσθαι ὑπὸ Πρω-*

ταγόρου πίνειν, ἵνα πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμον' ἔκλυτον φορῇ. Casaubonus *ἔκλυρον οὐ φορῇ* coniecit. Huc respicit Plutarchus p. 1047 D. Apparet senarios in fragmento latere, quod ita digerendum:

Πίνειν γὰρ [αὐτὸν] ὁ Πρωταγόρας ἐκέλευ', ἵνα
Πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμον' ἔκλυτον φορῇ.

IV. 132

Athenaeus VII. p. 286 B. *Εὔπολις δ' ἐν Κόλαξί φησι*

Παρὰ τῷδε Καλλίᾳ πολλὴ δὴ θυμηδία,
Ἵνα πάρα μὲν κάραβοι καὶ βατίδες καὶ λαγῷ,
Καὶ γυναῖκες εἰλίποδες.

Verba *ἵνα* — *εἰλίποδες* rursus affert Athenaeus IX. p. 400 A., ubi verba *κάραβοι καὶ* desunt; Eustathius ad Homeri Odyss. ε. p. 1534, 15. et grammaticus apud Hermannum de emend. rat. gr. gramm. p. 320. ex Eupolide laudant *βατίδες* — *εἰλίποδες*. Aperta metri Eupolidei vestigia insunt, et ita digessi, ut saltem appareret, tres fuisse versus. Erfurdtius in horreo Regiomontano p. 444. not. nihil se decernere ait; Hermannus in libro de em. r. g. g. p. 20. coniecit: *παρὰ τῷ Καλλίᾳ· πολλὴ θυμήδει', ἵνα* | *Πάρα μὲν κ., πάρα καὶ β.* [*εἰσί*] *καὶ λ.* | *καὶ γ. εἰλ.*, aliter in E. D. M. III, 4. p. 582. *π. τ., Καλλία, π. δὴ θ.* | — — — *βατ. καὶ λ.* | *καὶ γ. εἰλ.*: Dobreeus ad Aristoph. Nub. 518. in Add. versum 2. ita correxit: *Ἵνα π. μὲν καὶ β. καὶ λ. καὶ καρ.*: Dindorfius *Καλλίᾳ* Athenaei credit, ita ut pars versus primi fuerit *παρὰ τῷδε π. θ.*, et initium tertii *καὶ γ. εἰλ.*, de secundo nihil statuit; ordo verborum videtur confusus. 3. Suidas v. *μυσάχνη* II. p. 591. ex Eupolide meretricem *εἰλίποδα* affert, cf. Porson. Advv. p. 113.

V. 133

Athenaeus XII. p. 535 A. Alcibiades *κεκωμῴδηται καὶ ὑπὸ Εὐπόλιδος ὡς καὶ ἀκόλαστος πρὸς γυναῖκας ἐν Κόλαξιν οὕτως*

Ἀλκιβιάδης ἐκ τῶν γυναικῶν ἐξίτω. B. *Τί ληρεῖς; Οὐκ οἴκαδ' ἐλθὼν τὴν σεαυτοῦ γυμνάσεις δάμαρτα;* Cf. Porsonus Advv. p. 133. et Meinekius cur. crit. p. 56. Alcibiades uxorem duxerat sororem Calliae, Hippareten. Plutarchus Alcib. 8.

134 VI.

Athenaeus III. p. 100 B. *κοιλιοδαίμονας* — *Εὔπολις τοὺς κόλακας ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι κέκληκε.*

135 VII.

Plutarchus c. princ. vir. philos. p. 778 E. *ὥσπερ οὖν τοὺς Καλλίου κωμῳδουμένους κόλακας λέγουσιν οὐ πῦρ οὐ σίδηρος οὐδὲ χαλκὸς εἴργει μὴ φοιτᾶν ἐπὶ δεῖπνον.* Idem de discr. am. et adul. p. 50 D. (p. 192. Wytt.) ait: *οὐδὲ τοὺς ἀμφὶ πλουσίαν τράπεζαν ἐγκυκλουμένους, οὓς οὔτε πῦρ οὐ σίδηρος οὐδὲ χαλκὸς εἴργει μὴ φοιτᾶν ἐπὶ δεῖπνον.* Haec ad Eupolidis *Κόλακας* referenda bene docuit Meinekius cur. crit. p. 57., ubi verba poetae disiecta latent, Eupolideo ni fallor metro conscripta.

136 VIII.

Scholiasta Aristophanis Av. 284. *τὸν Ἱππόνικον Καλλίου κεκωμῴδηκεν ἱκανῶς Εὔπολις ἐν τοῖς Κόλαξιν.*

137 IX.

Scholiasta Aristophanis Av. 877. *Κλεόκριτος ἴσως ἕτερος ἂν εἴη τοῦ παρ' Εὐπόλιδος ἐν — Κόλαξι.* cf. ad fr. 94.

138 X.

Scholiasta Aristophanis Pac. 803. *πολὺ μᾶλλον Εὔπολις ἐν τοῖς Κόλαξιν ὡς κίναιδον τὸν Μελάνθιον διαβάλλει καὶ κόλακα.*

139 XI.

Hephaestio p. 72., ubi de versibus paeonicis, et quidem de tetrametro catalectico in trisyllabum agit, adiicit: *κέχρηται δὲ αὐτῷ — καὶ Εὔπολις ἐν Κόλαξιν,*

Φημὶ δὲ βροτοῖσι πολὺ πλεῖστα παρέχειν ἐγὼ
Καὶ πολὺ μέγιστ' ἀγαθά· ταῦτα δ' ἀποδείξομεν.

XII. 140

Suidas s. v. II. p. 418. Scholiasta Aristophanis Nub. 52. *λαφυγμὸν λέγει τὸ ἀπλήστως ἐσθίειν. Εὔπολις Κόλαξι,*

Λαφύσσεται λαφυγμὸν ἀνδρεῖον πάνυ.

XIII. 141

Athenaeus VII. p. 328 B. *χρυσόφρυς. — Εὔπολις δ' ἐν Κόλαξί φησι*

Δραχμῶν ἑκατὸν ἰχθῦς ἐώνημαι μόνον
Ὀκτὼ λάβρακας, χρυσόφρυς δὲ δώδεκα.

Vulgo *ἐωνημένος*, et *δὲ* deerat, sed sic Porsonus Advv. p. 101. et Dindorfius; *ἐωνήμην — χ. δὲ δ.* Iacobsius Add. p. 180 s.

XIV. 142

Athenaeus XIV. p. 646 F. *Σησαμίδες ἐκ μέλιτος καὶ σησάμων πεφρυγμένων καὶ ἐλαίου σφαιροειδῆ πέμματα. Εὔπολις Κόλαξιν*

Ὃς χαρίτων μὲν ὄζει,
Καλλαβίδας δὲ βαίνει,
Σησαμίδας δὲ χέζει,
Μῆλα δὲ χρέμπτεται.

Metrum est Pherecrateum logaoedicum, ut vidit Hermannus E. D. M. III, 3. p. 576., non Cratineum, ut Heringa Obss. 26. p. 224. voluit. 1. Vulgo *μὲν ὀμιχεῖ*, ab Hermanno l. l., ut videtur, probatum, sed iam Heringae suspectum. *με νομίζει* MSSti et editio Veneta, unde *μὲν ὄζει* restituerunt Erfurdtius in horreo Regiom. p. 470., Porsonus Tracts p. 247., Dobreeus ad Aristophanis Plut. 1021., Meinekius Q. sc. I. p. 55. et Dindorfius. 2. et 3. affert Athenaeus supra p. 630 A. ob vocem *καλλαβίδας*, genus saltationis obscenae. Phot. s. v. I. p. 126. *καλλαβίδες· τὸ διαβαίνειν ἀσχημόνως καὶ διέλκειν τὰ ἰσχία ταῖς χερσίν.* cf. Hesych. II. c. 116. 124. et 298. Vulgo hic *κολλαβίδας* legitur, ex Athenaei loco superiore et MSStis emendatum. De Callia loqui poetam Dobreeus et Meinekius suspicati sunt.

143 XV.

Pollux VII, 32, 192. *Εὔπολις δὲ Κόλαξιν*

Κεκρύφαλοί τε καὶ τύλη.

Idem ait X, 8, 39. *τύλη παρ' Εὐπόλιδι ἔστιν ἰάζοντι ἐν τοῖς Κόλαξιν.* MS. *τύλαι*, Hemsterhusius *τυλήια* coniecit, pro vulgata *τύλεια*, qui recte lectionem MSti Falck. *τύλη* recepit.

144 XVI.

Pollux IX, 6, 59. *ἡ Ἀττικὴ μνᾶ ἔχει δραχμὰς ἑκατὸν, ὡς ἀκριβέστατα ἐστὶν ἐν τοῖς Εὐπόλιδος Κόλαξιν*

Δεῖπνον θὲς ἑκατὸν δραχμάς· ἰδού.

εἶτα ἐπιφέρει·

Οἶνον θὲς ἑτέραν μνᾶν.

δῆλον ὅτι καὶ τὰς ἑτέρας ἑκατὸν δραχμὰς μνᾶν εἴρηκε.

145 XVII.

Choeroboscus in Bekkeri Anecd. t. III. p. 1196., quem locum ex eadem scena desumptum credo, *Εὔπολις ἐν Κόλαξιν*

Θὲς νῦν ἀγροὺς

Καὶ πρόβατα καὶ βοῦς.

146 XVIII.

Pollux IX, 6, 90., ubi loquitur de voce *τἀργύρια* pro *ἀργύριον*, ait: *καὶ οἱ Κόλακες Εὐπόλιδος, ἐν οἷς εἶπε,*

Φοροῦσιν, ἁρπάζουσιν ἐκ τῆς οἰκίας

Τὸ χρυσίον, τἀργύρια πορθεῖται.

Haec de adsentatoribus Calliam bonis exuentibus dicta esse Meinekius Quaest. scen. I. p. 55 s. animadvertit; lege Aristoph. Av. 287 s.

147 XIX.

Pollux X, 1, 10. *ὁ γοῦν Εὔπολις ἐν τοῖς Κόλαξιν προειπών,*

Ἄκουε δὴ σκεύη τὰ κατ' οἰκίαν,

ἐπήγαγε,

Παραπλήσιόν τε συγγέγραπται τἄπιπλα.

Phrynichus ecl. att. p. 334. ex Eupolide *σκεύη τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν καὶ ἔπιπλα* affert. Vulgo apud Pollucem

ἄκ. δέ — π. τέως οὖν γέγρ. σοι τὰ ἔπ. MS. Falck. δή et τεσσυγέγρ. τοῖς τὰ ἔπ., unde Bentleius epist. pr. ad Hemsterhus. p. 86. δή et τε σοι γέγρ. τἄπ. coniecit, οὖν iam Hemsterhusius deleri voluit. Ipse eam dedi lectionem, quae vestigiis MSti magis inhaerere mihi videtur; dicuntur verba de Calliae domo eiusque utensilibus. ἔπιπλα sunt enim ἡ μὴ βαθεῖα κτῆσις, ἀλλ' ἐξ ἐπιπολῆς, ut ait Gregorius Cor. d. Ion. 111. p. 516 s. ubi cf. Koenius, et Wesseling. ad Gloss. Herodot. s. v.

XX. 148

Pollux X, 5, 29. κόρημα καλεῖται — τὸ σκεῦος. — τὸ δὲ ῥῆμα κορεῖν ἂν λέγοις. καὶ τὸ μὲν σκεῦος καὶ ῥῆμα ὑπὸ Εὐπόλιδος εἴρηται ἐν τοῖς Κόλαξιν,

Ταυτὶ λαβὼν τὸ κόρημα τὴν αὐλὴν κόρει.

XXI. 149

Pollux X, 23, 90. ῥητέον καὶ χειρόνιπτρον, Εὐπόλιδος εἰπόντος Κόλαξιν,

Φροῦδον τὸ χειρόνιπτρον.

Cf. supra fr.

XXII. 150

Pollux X, 24, 97., ubi de veru loquitur, ait: Εὔπολις ἐν τοῖς Κόλαξιν ἔφη,

Μολυβδίνους κρατευτάς.

Hesychius II. c. 341. κρατευταί· ὀβελίσκοι.

XXIII. 151

Harpocratio p. 146. περίστατοι, — περὶ ἃς κύκλῳ ἵστανται οἱ θεώμενοι. — τὸ ὄνομα καὶ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Κόλαξιν.

XXIV. 152

Pollux IX, 5, 37. Εὔπολις ἐν Κόλαξιν καὶ συμπαροίκους εἴρηκεν. eadem sine fabulae nomine ait VI, 33, 159.

XXV. 153

Antiatticista p. 96. ἐφάπαξ. Εὔπολις Κόλαξιν.

XXVI. 154

Photius s. v. I. p. 217. λευκὴ ἡμέρα· ἡ ἀγαθὴ καὶ ἐπ' εὐφροσύνῃ. Εὔπολις Κόλαξιν. Eadem ait Thomas

Mag. p. 574. cf. Blomfieldus Glossar. ad Aeschyli Pers. p. 127. Lips.

155 XXVII.

Photius s. v. II. p. 404. πεζὰς μόσχους· ἀντὶ τοῦ ἑταίρας· — τὰς χωρὶς ὀργάνων. — καὶ Εὔπολις Κόλαξιν. cf. Porsonus Advv. p. 298 s.

156 XXVIII.

Scholiasta Platonis p. 331. ait, Chaerephontem ab Eupolide in *Κόλαξι* Calliae adulatorem dictum fuisse.

Fragmentis adiiciendam censui brevem notitiam de nobili Hipponicorum familia, de qua plurima dixerunt viri docti a Sluitero lect. Andoc. p. 95. et Meinekio Quaest. scen. I. p. 51. not. allati. Notus est locus Aristophanis Av. 285. *Ἱππόνικος Καλλίου κἀξ Ἱππονίκου Καλλίας*. Genus duxit a Triptolemo, de quo gloriatur Callias apud Xenophontem Hell. VI, 3, 6., et daduchi munus prope hereditarium fuit in ea. Primum credit Hipponicum Boeckhius oecon. Att. II. p. 15. eum, qui Olymp. XLVI. a Plutarcho Solon. 15. multos agros emisse dicitur, cuius fratrem Phaenippum suspicatur. Huius filius Callias fuit primus (ut ita dicam), Herodot. VI, 121 s., qui Olymp. LIV, 1. *κέλητι* vicit, Scholiasta Aristoph. Av. l. l. et Hipponicum habuit filium, Ammonem dictum, qui primus magnarum opum fundamenta iecit circa Olymp. LXXII. Athen. XII. p. 536 F. — 537 C. Eum secutus est Callias secundus ὁ *λακκόπλουτος*, legatus Atheniensium ad Artaxerxem Longimanum, Herodot. VII, 151., Olymp. LXXXIII, 3. (Palmerius Exercit. p. 754. Elpipicen, Cimonis sororem, uxorem ei tribuit, qui eum cum alio fortasse Callia confundit). Hipponicus ex eo natus est tertius, cuius uxor postea Pericli nupsit (Plutarch. Pericl. 24.), Olymp. LXXXVIII, 2. una cum Nicia Tanagraeos fudit, et in proelio ad Delium Olymp. LXXXIX, 1. occubuit. Filiam reliquit Hippareten uxorem Alcibiadis, (cuius mater Dinomache ex eadem fuit familia), et filium, Calliam tertium, ab Eupolide irrisum. Fuit ille

e demo Melitensium, et patris opes profusa luxurie omnes dilapidavit. Olymp. XCVI, 4. cum Iphicrate praetor fuit, et Olymp. CII, 2. Spartam legatus Atheniensium missus est, ita ut brevi postea mortuus videatur, cicuta sumpta, ut narrat Aelianus V. H. IV, 23. Uxores habuit, quantam quidem constat, quatuor, primam filiam Glauconis, (cf. Meinek. Q. sc. II. p. 19.) tum filiam Ischomachi et Chrysiadis, cuius matrem Chrysiadem postea duxit, et ultimam filiam Epilyci, de quibus loquitur Andocides de myster. p. 117 ss. Filios novimus Hipponicum quartum e Glauconis filia, alterum e Chrysiade, nescio an eundem vel diversum ab eo, quem exagitat Theopompus comicus apud Scholiastam Aristoph. Vesp. 1260. Plura de eo doctissime disputat Meinekius Q. sc. I. p. 51 — 54. Vidimus igitur, familiam illam inde ab Olymp. XLVI. usque ad Olymp. CII. Athenis fuisse florentem et cum aliis pariter nobilibus coniunctam.

Λ Α Κ Ω Ν Ε Σ.

157 I.

Erotianus p. 246. *μυττωτόν· τὸν ἄμυλον. Εὔπολις Λάκωσιν*

> *Τὰ συκάρι' ἐποίησε μυττωτὸν πολύν.*

Ubi fortasse *Κόλαξι* legendum est. *μυττωτός* est *τρίμμα ἐκ σκορόδων καὶ τυροῦ καὶ ὄξους.* cf. Scholiasta Aristoph. Vesp. 63. et Hesych. II. c. 642.

Μ Α Ρ Ι Κ Α Σ.

Fabula scripta in Hyperbolum demagogum notissimum, qui Athenis inde ab Olymp. LXXXVIII. multum turbarum excitavit, postea ostracismo in exilium pulsus Olymp. XCII, 2. necatus est. Vitam et mores eius accurate descripsit Meinekius Quaest. scen. II. p. 27 — 31. Eum a poeta *Μαρικᾶν* dictum fuisse multi docent loci infra afferendi, quod nomen barbarae originis esse Hesychius docet t. II. c. 541. *μαρικᾶν· κίναιδον. οἱ δὲ, ὑποκόρισμα παιδίου ἄῤῥενος βαρβαρικόν.* (sic pro *βαρβαρικοῦ* recte Meinekius Q. sc. I. p. 56.) cf. Etymol. M. c. 221, 41. *Γαριμᾶς ἐκ τοῦ Μαρικᾶς*, sequentia nimis corrupta sunt. Videtur igitur Hyperbolum ob inscitiam, originem peregrinam et mollitiem exagitasse, similiter atque Aristophanes Cleonem in Equitibus. Fabulam post Cleonis mortem vigente Hyperbolo anno 4. Olymp. LXXXIX. actam esse hi indicant loci Scholiastae Aristophanis. Nub. 549. *πῶς οὖν δύναται καὶ τοῦ Μαρικοῦ* (sic) *μεμνῆσθαι, ὃς ἐδιδάχθη μὲν πρὸ τῶν Νεφελῶν, ὡς καὶ νῦν αὐτός φησιν; ἐκεῖ δὲ ὁ Εὔπολις ὡς τεθνηκότος Κλέωνος μέμνηται. ἢ ἐπεὶ οὐ φέρονται αἱ διδασκαλίαι τῶν β΄ Νεφελῶν οὐδὲν δυνάμεθα διαρθρῶσαι, εἰ Εὔπολις ἐπλάσατο τὴν Κλέωνος τελευτὴν ἐν Μαρικᾷ.*: Nub. 552. *δῆλον δὲ, ὅτι πρότερος ὁ Μαρικᾶς ἐδιδάχθη τῶν δευτέρων Νεφελῶν. Ἐρατοσθένης* (p. 212. Bernh.) *δέ φησι, Καλλίμαχον ἐγκαλεῖν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι φέρουσιν ὕστερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικᾶν τῶν Νεφελῶν σαφῶς ἐνταῦθα εἰρημένου, ὅτι πρότερον καθεῖται. λανθάνει δ' αὐτὸν φησὶν, ὅτι ἐν μὲν ταῖς διδαχθείσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν· ἐν δὲ ταῖς*

ὕστερον διασκευασθείσαις εἰ λέγεται οὐδὲν ἄτοπον. αἱ διδασκαλίαι δὲ δῆλον ὅτι τὰς διδαχθείσας φέρουσι.: et Nub. 591. *ἐδιδάχθη καθ' Ὑπερβόλου μετὰ Κλέωνος θάνατον.* cf. Clintoni fast. Hellen. p. 73.

158 I.

Aristophanes Nubibus v. 551 — 556. haec ait:

Οὗτοι δ', ὡς ἅπαξ παρέδωκεν λαβὴν Ὑπέρβολος,
Τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' ἀεὶ καὶ τὴν μητέρα.
Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν,
Ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας κακὸς κακῶς,
Προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσην, τοῦ κόρδακος οὕνεχ', ἣν
Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἣν τὸ κῆτος ἤσθιεν.

Inde apparet, Hyperboli matrem quoque irrisam fuisse, quae temulenta saltationem obscenam agens in scenam inducta fuit, ad imitationem Andromedae a Phrynicho comico ridicule repraesentatae. Andromeda a Suida, Eudocia, et Scholiasta Aristophanis Vesp. 1481. perperam Phrynicho tragico, Polyphradmonis filio, tribuitur, quae comici fuit, acta ante Eupolidis *Μαρικᾶν*, sed post Olymp. LXXXVI., ut e Suida apparet. Quum autem decem Phrynicho comico dramata ab Anonymo *π. κωμῳδ.* p. XXXIV. tribuantur, quas omnes Suidas enumerat sine Andromedae mentione, suspicor titulum fabulae *Ἀνδρομέδα ἢ Σάτυροι* fuisse, cuius comoediae fragmenta ab Hermanno Opusc. I. p. 48 s. collecta invenies, et duplicem indicem dramatis defendunt eiusdem *τραγῳδοὶ ἢ ἀπελεύθεροι.* Quod Aristophanes Eupolidi Equitum imitationem obiicit, id in illum reiicit Eupolis supra fr. 66.

159 II.

Scholiasta Aristophanis Plut. 1038. *τηλία. τοῦτο τί ἐστιν οὐκ οἶδα· ὅτι δὲ συμβάλλεται ἐν Μαρικᾷ Εὐπόλιδος οἶδα· κἀκεῖ γὰρ τὴν Ὑπερβόλου μητέρα τηλίᾳ εἰκάζει τῇ πλατείᾳ σανίδι.* alter grammaticus addit: *τηλία ἔχει μέντοι καθ' ἑαυτὸ ἄπορον. ἐὰν δὲ τὸ ἐν Μαρικᾷ προσέλθῃ, ἔνθα εἰς τηλίαν φησὶ τὰ τοῦ Ὑπερβόλου*

ὀστᾶ ἐμβεβλῆσθαι, ἀτοπώτερον ἔσται. Ultima verba aperte vel falsa vel corrupta sunt, Hyperbolus enim in vivis etiam fuit hoc tempore, quare quid statuendum sit haereo.

III. 160

Scholiasta Aristophanis Nub. 552. *ἐν τῷ Μαρικᾷ προτετελεύτηκε Κλέων.* similia idem ab Nub. 549. et 591. ait.

IV. 161

Eustathius ad Homeri Il. *β.* p. 300. *ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς — τὸν παρὰ τῷ κωμικῷ Μαρικᾶν τὸ βάρβαρον ὄνομα διὰ τοῦ ντ κλιθῆναι λέγει, παραφέρων χρῆσιν ταύτην,*

Ἀλλ' οὖν ἔγωγέ σοι λέγω Μαρικᾶντα μὴ κολάζειν.

Aristophani hunc versum tribui voluit Blomfieldus ad Aeschyli Pers. 65., sed recte Eupolidis eum esse vidit Meinekius Quaest. scen. I. p. 57., quod ante eum alium iam virum doctum animadvertisse memini.

V. 162

Quintilianus I, 10, 18. Maricas, qui est Hyperbolus, nihil se ex musicis scire, nisi litteras, confitetur. Similia Agoracritus in Aristophanis Equitibus 188 s. de se ipso praedicat: *οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι, πλὴν γραμμάτων.*

VI. 163

Scholiasta Aeschyli Pers. 65., ubi chorus senum ait, *πεπέρακεν μὲν ὁ περσέπτολις ἤδη βασίλειος στρατός,* adnotat: *ταῦτα δὲ κωμῳδεῖται Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ,*

Πεπέρακεν μὲν ὁ περσέ-
πτολις ἤδη Μαρικᾶς.

Sic in ionicos dimetros haec digessi, aliter Blomfieldus l. l.

VII. 164

Plutarchus Nicia 4. *ὁ δ' ὑπ' Εὐπόλιδος κωμῳδούμενος ἐν τῷ Μαρικᾷ παραγών τινα τῶν ἀπραγμόνων καὶ πενήτων λέγει,*

Πόσου χρόνου μὲν συγγεγένησαι Νικίᾳ;
B. *Οὐδ' εἶδον, εἰ μὴ 'ναγχος ἑστῶτ' ἐν ἀγορᾷ.*
A. *Ἁνὴρ ὁμολογεῖ Νικίαν ἑορακέναι.*
Γ. *Καί τοι τί μαθὼν ἂν εἶδεν, εἰ μὴ προὐδίδου;*
A. *Ἠκούσατ', ὦ συνήλικες,*
Ἐπ' αὐτοφώρῳ Νικίαν εἰλημμένον;
B. *Ὑμεῖς γάρ, ὦ φρενοβλαβεῖς,*
Λάβοιτ' ἂν ἄνδρ' ἄριστον ἐν κακῷ τινί;

Sic digessi fragmentum, de quo tamen dubito, num ultimi versus, si Eupolidi tribuendi sunt, id quod post Hertelium sent. com. p. 298. Schaeferus in nupera editione (cf. eum ad Demosth. t. IV. p. 519. et 760.) fecit, statim annexi fuerint prioribus; tres autem viros colloqui ex ipsis verbis apparet. 1. *πόσου χρόνου* pro *πότε* dictum ait Elmsleius ad Aristoph. Acharn. 83., qui in v. 2. *τῇ*, vulgo post *ἐν* positum, delet. 3. Vulgo *ἀνήρ* — *ἑωρακέναι*, quae emendavi; omnia de hac scripturae diversitate collegit Buttmannus Gramm. Gr. ampl. II. p. 416 s. 4. *τί μαθών*, ut vulgo legitur, in contextu reliqui; videtur tamen *τί παθών* reponendum esse, accurate pensitatis argumentis Hermanni ad Aristoph. Nub. 340. ed. sec. 5. *συνήλικες* ex Eupolide affert Pollux VI, 33, 159.

165 VIII.

Scholiasta Aristophanis Av. 1555. Lysistr. 491., qui de Pisandro loquitur, ait: *Εὔπολις δὲ ἐν Μαρικᾷ,*
Ἄκουε νῦν, Πείσανδρος ὡς ἀπόλλυται.
B. *Ὁ στρεβλός;* A. *Οὔκ· ἀλλ' ὁ μέγας οὑνοκίνδιος.*

Duo Pisandros fuisse apparet, unum praetorem, de quo supra fr. 29., alterum insignem statura corporis, tunc iam mortuum. cf. de iis omnino Meinekius Quaest. scen. II. p. 20 s. *ὀνοκίνδιος* asinarius ab Hermippo quoque in *Ἀρτοπώλισιν* exagitatus est, quae fabula brevi post *Μαρικᾶν* acta videtur. 2. vulgo *ὁ στρ. οὐ, ἀλλ'*, quae bene mutavit Toupius Emm. in Suid. P. III. p. 352. Photius II. p. 543. et Zonaras II. c. 1675. *στρεβλόν· τὸν στραβὸν λέγουσιν. οὕτως Εὔπολις.*

IX. 166

Athenaeus XV. p. 690 E. de *ψάγδη*, unguenti genere, locutus, ait: *Εὔπολις δ' ἐν Μαρικᾷ,*

Ψάγδαν ἐρυγγάνοντα.

Idem p. 691 C. *σάγδαν ἐρ.* affert, Erotianus p. 396. ex hac fabula (vulgo ibi *Μαρίᾳ*) *ψάγδαν* laudat. cf. Dindorf. ad Aristoph. fr. p. 46.

X. 167

